

HIPPOLYTI EPISCOPI
CANON PASCHALIS:

CVM
IOSEPHI SCALIGERI
Commentario.

EXCERPTA *ex Computo Græco ISACII*
ARGYRI de correctione Paschatis.

IOSEPHI SCALIGERI Elenchus &
castigatio Anni Gregoriani.

AD
Nobiliss. & Ampliss. virum
IOHANNEM AB OLDENBARNEVELT,
I. C. CL^{mum} *Hollandiæ & Westfrisiæ primarium*
Consiliarium & Aduocatum.



LUGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.

CL. IC. XCV.

15323

Nobiliss. Amplissimorū viro

D. IOHAN. AB OLDENBARNEVELT,

I. C^o. CL^{mo}.

HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ

PRIMARIO CONSILIARIO

ET ADVOCATO

s.

ANNI sunt vndecim ab editione librorum nostrorum de emédatione temporum: quod opus quibus angustiis temporis, quibus impedimentis scripsimus, nisi in calce libri testati essemus, tamen opus ipsum palam loquitur: in quo multa nobis ad alia properantibus effugerunt, quædam aliud agentibus exciderūt: & quanuis longe plura sunt, quæ omisimus, quam quæ peccauimus: tamen neque tam nobile & arduum inceptum, neque tantarum rerum cognitio, quas maleuoli & ambitiosi magno emerint alios docuisse potius, quam ex

*

2

me

me didicisse, eorum *ἀμύρα* & in faceta ingenia mouere potuerunt, vt si laudem, quam (si quidem verum fateri volunt) mihi debebant, a me abiudicare volebant, saltem mihi paucos errores meos condonarent, qui tot veterum & recentiorum sustulissem. At longe diuerso genere animaduersionis mecum experiuntur, quibus plus otij est aliena carpere, quam ab aliis aliquid discere. Et vt alios non paucos, bonos, malos: doctos, indoctos pratermittam: quod ego legissem apud veteres magistros Hebræos, annum veterum Iudæorum non semper & situ capitis & embolismis cum hodierno conuenisse, quod ex arbitrio intercalandi, quod penes Iudices erat, status anni crebro mutaretur: ex eoque coniciebam non semper ex hodierno Iudæorum anno (quod in secunda editione probabimus) rationes veteris inuestigandas: extitit quidam Heidelbergæ, qui, vt nomen sibi quaereret,

reret, comparauit sese ex eo, quod dis-
senferim ab iis, qui hodiernum Iudai-
cum annum eundē cum veteri faciunt,
ostendere, me, quid esset annus Iudai-
cus, ignorasse: idque, quantum potest,
fui similibus persuadere conatur: quasi
dissentire & ignorare idem sit: & non
professus sim in multis locis nostri ope-
ris, me non ignorasse quæ sint Iudæo-
rum Tekuphæ, & epochæ mensium
hodiernæ: quæ ne ipse quidē vnquam
sciuiisset, nisi ex nostris scriptis didicif-
set. Sed vt non vno genere de me, vt
sibi videtur, triumphet, producit verba
ex libro meo, quibus me tanquam iu-
ueniliter lasciuientem & exultantem
vulgo traducat, scilicet meos mores
cum suis comparans, & captum meum
ex suo æstimans. Id vero serio trium-
phat. Et sane, si ipsi credimus, anni Iu-
daici cognitio eo loco erat, vt, nisi ipse
indicasset, penitus ignorata fuisse videa-
tur. Sed de hoc Critico, quanuis meæ
iurid

exiftimationis rationem non habuero,
fi eius habeam, tamen ideo fermonem
iniicere volui, vt lector crimine ab vno
discat omnes: quod & multos alios
idem cacoethes ambitionis, & pruritus
obtrectandi præcipites in mea scripta
dedit: atque adeo quidam habent scri-
pta in idem opus, quæ propediem sese
edituros minantur. quibus omnibus re-
spondebitur in secunda editione, quam
adornamus, & propediem prælo com-
mittemus, quatenus mihi licere, & illis
expedire sciero. De hoc vero, quicquid
est hominis, tantum dicam; absque illo
funestissimo Galliaë bello fuisset, iam
ante octo annos secunda editio prodiif-
set, neque illum habiturum fuisse occa-
sionē, qua mihi obtrectaretur, & pom-
pam illam Circensem ostētaret. Nunc,
quia sub moderatissimo illustrium Hol-
landiaë ordinum imperio otium hone-
stum & tutum nactus sum, quo hacten-
us potiri nunquam contigit, spero
breui

breui secundam editionem exituram:
in qua non solum quædam emendauimus a Iudæis Auenionensibus familiariter castigati, vt epochas anni Iudaici, de quibus iste imperator quarta opima Quirino suspendit, sed etiam quamplurimis præclaris obseruationibus, quæ nos humanitus fugerant, nouum opus locupletabimus: & istos Thales arguemus non solum veterem annum Iudaicum ignorare, sed ne hodierni quidem rationem capere. Neque profecto causæ est, cur isti perfecti homines ad eo sese excrucient animi in nostris scriptis rimandis. Expectent modicum tempus nouitiam editionem. Habebunt, vnde & sua castigent. Cum autem ante annos sex plus minus nactus Canonem Hippolyti Episcopi commentariolo illustrassem, quod dignum censerem, qui non solum legeretur, sed etiam intelligeretur, idem vitium & calamitas editionem eius interpellauit,

quæ secundam de emendatione tem-
porum morata fuit, vt per communem
patriæ casum neutri licuerit publicari;
& vere meos partus agnoscerem, qui, vt
ego, ad omnes subitos periculorum ca-
sus subiecti essent. Quamuis autem ille
Canon, ob argumenti affinitatem me-
lius in tempus secundæ editionis differ-
retur: quia tamen amici iam dudum il-
lum a me exigunt, nolui committere, vt
vel ab ipsis, qui eum iam legerunt, vel
ab aliis, qui libenter lecturi sunt, deside-
raretur. Coniunxi autem cognatum ar-
gumentum de emendatione anni Gre-
goriani, cum pleraque omnis Gallia,
Hispania, & non exigua pars Germa-
nia, atque adeo hæc prouincia illam
formam amplexa sit. Quod si Iulianam
adhuc retineremus, tunc non quare
Gregoriana recipienda esset, sed quare
Iuliana non mutanda, disputandum
fuisset. Postquam vero hanc recepimus,
omnibus viribus annitendum, vt omni

vitio careat, idque fiat cum consensu
omnium, qui illam auidius, quam con-
sideratius, admiserunt, cum eam ab
omni vitio puram, & non prius, quam
diligenter perpensam recipere debuis-
sent. quod sane facile erat, si tantam fi-
duciam in auctoribus illius formæ non
posuissent: qui vt omnem diligentiam
& doctrinam præstiterint, tamen quin
multum errarent, effugere non potue-
runt. Quorum in altero industriam lau-
damus: in altero humanitatem excusa-
mus. Neque vero magis nouum videri
debet, nos errare, quam homines natos
esse. Quod si quid nobis præter volun-
tatem excidit, at in nostra potestate sit,
emendare: quod non velle facere, id
vero est pecudem, non hominem esse.
Experiri igitur volui, an impetrari pos-
sit, vt illi errores tollantur: in quo tanta
moderatione vsus sum, vt cum illos hu-
manitus peccasse animaduertam, inter-
ea me quoque hominem esse memine-

rim. Et tamen qui hodie Criticos
agunt, tanta contumelia in alienos er-
rores inuehuntur, vt si hodie vlla rustica
inciuitas in vlllo genere hominum no-
tari potest, in illis præcipua deprehen-
datur, qui literas profitentur. Hoc au-
tem quicquid est, vt tibi dicarem, vir
amplissime, primum fecit virtus tua, de-
inde humanitas: quarum altera patriam
illustribus meritis, altera omne genus
hominum tibi deuinxisti: in quibus ego
sum, quem tu amicitia tua dignum esse
iudicasti: & qui de omni amicitia ita
sentire soleo, vt plurimum referre exi-
stimem, quo ex genere hominum, & in
quos proficiscatur. Nam omni bono-
rum quidem amicitia lætari debemus,
non omni gloriari possumus; sed illo-
rum tantum, quorum amicitiam expe-
timus ideo, quia virtutem prius admi-
rati sumus. Cum igitur in præsentia
nihil præ manibus haberẽ, præter hunc
libellum, quod & tuorum in me meri-
torum

torum, & meæ in te benevolentiaæ testi-
monium apud posteritatem extare pos-
set: non veritus sum illum tibi offerre,
humanitate potius tua, quam illius me-
rito fretus: qua spero illum te ita, vt me
soles, accepturum, hoc est humane, &
amanter: atque sane ea comitate, quam
omnes hæcenus in te experti sunt.
Quod si te indignum est hoc munuscu-
lum, saltem aliis persuadeatur dignum
esse, quia a te acceptum. Vale vir am-
plissime. Lugduni Batauorum, Nonis
Septembris. CIO. IO. XCIII.

Tuus

IOSEPHVS SCALIGER

Iulij Cas. F.

torum, & mea in te benevolentia testi-
monium apud posteritatem extare pos-
set: non veritas sum illum tibi offero,
humanitate potius tua, quam illius me-
rito factus: qua spero illum te iam, ut me
soles, accepturum, hoc esse humane, &
amanter: neque sane ea comitate, quam
omnes haec in te experti sunt.
Quod si te indignum esse hoc munuscu-
lum, saltem aliis persuadetur dignum
esse, quia a te acceptum. Vale vir am-
plissime. Lugduni Batavorum, Nonis
Septembris. C. J. XCHII.

Tuus

JOSEPHVS SCALIGER

Imp. C. J. F.

HIPPOLYTI
EPISCOPICI
CANON PASCHALIS:

M V C

IOSEPHI SCALIGERI

IVL. C. S. F.

Commentario.

LIB. I.
LIB. II.
LIB. III.
LIB. IV.
LIB. V.
LIB. VI.
LIB. VII.
LIB. VIII.
LIB. IX.
LIB. X.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

ΙΟΥΣ
ΝΙΑΣ
ΑΛΜΟΥΣ

ΙΤΑΣ ΤΡΙΜΥΘΟΝ

Α ΠΕΡ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩ
ΑΝΗΝ

ΕΤΑΓΓΕΛΙΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ
ΚΑΛΥΨΕΩΣ

ΠΕΡΙ ΧΑΡΙΣΜΑΤΩΝ
ΠΟστολικη παραδο
CIC

ΧΡΟΝΙΚΩΝ

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ

ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΑΤΩΝΑ

Η ΚΑΠΕΡΙΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΣΕ
ΒΗΡΕΙΝΑΝ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΧΡΟΝΩΝ

ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ

ΚΑΤΑ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ

ΩΔΑΨΠΑΣΑΣΤΑΣ ΓΡΑ
ΦΑΣ

ΠΕΡΙ ΘΥ ΚΑΙ ΣΑΡΚΟΣ

ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ

ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ

ΠΟΘΕΝ ΤΟ ΚΑΚΟΝ

ΕΤΟΥΣ. Α. ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΑΔΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΓΕ
ΝΕΤΟ. Η. ΔΙ. ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΕΙΔΟΙΣ ΑΠΡΕΙΛΙΑΙΣ ΣΑΒΒΑΤΩ ΕΜ
ΒΟΛΙΜΟΥ ΜΗΝΟΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΤΕΣΤΑΙ ΤΟΙΣ ΕΞΗΣ ΕΤΕΣΙΝ ΚΑΘ
ΩΣ ΥΠΟΤΕΤΑΚΤΑΙ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ ΕΤΕΝΕΤΟ ΔΕ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΑΡΩ
ΧΗΚΟΣΙΝ ΚΑΘΩΣ ΣΕΧΜΕΙΩ ΤΑΙ ΑΠΟΝΗΧΤΙΖΕΣΘΑΙ ΔΕ
ΔΕΙ ΟΥΑΝ ΕΝ ΠΕΣΗ ΚΥΡΙΑΚΗ

ΕΙΔΟΙΣ Ε.Μ. ΑΠΡΕΙ	Z	S	ΕΣΑΡΑΚΑ ΤΑ ΔΑΝΙ ΗΑ ΚΑΙ ΡΗΜΩ	Ε	Δ	Γ	Β	Α
ΙΗ. Δ. ΝΩ ΑΠΡΕΙ	Δ	Γ	ΓΕΝΕ CIC XI	Γ	Β	Α	Z	S
ΙΒ. ΙΑ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	A	Z	ΕΖΕΧΙ AC	S	ΙΗΩ XC	Ε	Δ	Γ
Ε.Μ. ΙΗ. Ε. ΕΙ ΑΠΡΕΙ	Z	S	ΙΩ CΕΙ AC	S	Ε	Δ	Γ	Β
ΙΗ. Δ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Δ	Γ		Γ	Β	Α	Z	S
ΙΗ. ΙΕ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	A	Z	ΕΖΕΚΙΑΣ ΚΑΤΑ ΔΑ ΚΑΙ ΙΩ CΕΙ AC	S	Ε	Δ	Γ	Β
Ε.Μ. ΙΗ. ΝΩΝΑΙΣ ΑΠΡΕΙ	Z	S		S	Ε	Δ	ΙΗ CΟΥC ΚΑ. ΔΑ	Γ
ΙΗ. Η. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Δ	Γ		Γ	Β	Α	Z	S
Ε.Μ. ΕΙΔΟΙΣ ΑΠΡΕΙ	Γ	B		B	A	Z	S	Ε Δ °
ΙΗ. Δ. ΝΩ ΑΠΡΕΙ	Z	S		S	Ε	Δ	Γ	Β
ΙΒ. ΙΑ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Δ	Γ		Γ	Β	Α	Z	S
Ε.Μ. ΙΗ. Ε. ΕΙ ΑΠΡΕΙ	Γ	B		B	A	Z	S	Ε Δ ΕΝΕ ΡΗΜΩ
ΙΗ. Δ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Z	S		S	Ε	Δ	Γ	Β
ΙΗ. ΙΕ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Δ	Γ		Γ	Β	Α	Z	S
Ε.Μ. ΙΗ. ΝΩΝΑΙΣ ΑΠΡΕΙ	Γ	B	ΕΖΟΔΟΣ ΚΑΤΑ ΔΑ ΝΗΑ	B	A	Z	S	Ε Δ ΕΣΑΡΑ
ΙΗ. Η. ΚΑ ΑΠΡΕΙ	Z	S	ΠΑΘΟΣ XI	S	Ε	Δ	Γ	Β

ΕΤΕΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ

ΤΩ Α ΑΡΧΗ

ΑΙ ΚΥΡΙΑΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΚΑΤΑ ΕΤΟΣ

ΑΙ ΔΕ ΠΑΡΑΚΕΝΤΗΣΕΙΣ ΑΝΔΟΥΣΙ ΤΗΝΔΙΣ ΠΡΟΞ

A

Γ

Ε

Z

Η ΙΑ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ε ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΕ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Δ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΔ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ

Η ΙΣ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Σ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Σ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΒ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Σ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΣ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Η ΙΑ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ζ ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Η ΙΒ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Σ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΣ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Θ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΕ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ε. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Θ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΒ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ε. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ

B

Δ

S

Η ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ζ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΚΑ. ΜΑΡ. ΚΥ
 Η Α Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Σ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Η ΙΕ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Ε. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΒ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ε ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΑ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ε ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΕ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Δ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Η Η. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Α. Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ζ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΖ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
 Η Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Σ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η ΙΣ ΚΑ. ΜΑΡ. ΚΥ
 Η Σ ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α Ν. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
 Η Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

A 2

IN CA-

I N
C A N O N E M P A S C H A L E M
H I P P O L Y T I E P I S C O P I .



ANNO Dominico δ D L I in aede Laurentiana ad Urbem effossa est statua marmorea sedens in Cathedra utrinque literis Graecis inscripta. Summa descriptionis, Canon Paschalis, cuius latercula duo: Termini Paschalis dextra, Dominica Resurrectionis sinistra. Nomen auctoris tacitum prodidit tum methodus ϵ κκλδξαεμειδ Θ , tum lemmata librorum dextro Laterculo apposita. Quorum omnium auctorem Eusebius primum, & post eum Hieronymus Hippolytum Episcopum faciunt. Nobis autem ille Canon dignus visus est, qui non solum Romae, ubi hodie extat, a studiosis legeretur, sed etiam propter reuerentiam priscae Ecclesiae a nobis illustraretur, & hoc nostrum antiquitatis studium cum utilitate publica coniungeretur. Scripsit autem Canonem Hippolytus quo tempore Asiana & Europea Ecclesia de celebratione Paschatis inter se velitabantur. Illa plenilunij verni, haec Dominica secundum plenilunium proxime succedentis rationem habebant. Neutra tamen effugere poterant, quin Lunam

nam ducem sequerentur, & cyclum quendam neces-
sario instituerent, unde illis plenilunium, his vero
Dominica a plenilunio proxima deprehenderetur.
Primus & antiquissimus cyclus Paschalis in Euro-
pa fuit Octaeteris, qua diu in usu fuit tam Graecis
quam Latinis Ecclesiis, ad tempora filiorum Con-
stantini. Cuius Cycli etiam meminit Africanus
apud Hieronymum Commentario in Daniele. Octo anni
Iuliani sunt dies bis mille nongenti viginti
duo. In his traducuntur neomenia nonginta nouem,
hoc est anni octo Lunares: quorum quinque sunt
communes, tres embolimari, ea quidem lege, ut annus
quidem communis sit dierum CCCLIII. praecise,
embolimus autem totidem, & uno mense tricena-
rio insuper. Hac fini orbem Luna in epocham anni
Solaris redire existimabant, non utique in eandem
feriam: cum hoc non fiat nisi explicitis septem octae-
teridibus, qui sunt anni quinquaginta sex. Itaq. hac
Hebdomade Octaeteridum contenti haecenus esse
poterant, donec Hippolytus Episcopus argutiorem,
quam expeditiorem periodum commentus est. Vidit
ille post duas Octaeteridas quamuis non eandem fe-
riam, tamen proxime succedere. Itaque, exempli
gratia, si neomenia, aut cyclus incipiat feria septima,
decimus septimus annus incipiet feria antecedenti,

hoc est sexta: tricesimus tertius feria quinta, & sic
deinceps; donec septies sexdecim anni explicentur.
Præterea a qua feria incipit cyclus, ab eadem etiam
incipit ultimus annus. Si primus annus, exempli gra-
tia, habeat septimam feriam, sextus decimus ean-
dem obtinebit. Hoc modo & capite, & calce sibi
tota similis est periodus ἐκκαιδεκαετηρική. Nam se-
ries feriarum capitis Ζ, ς, Ε, Δ, Γ, Β, Α, eadem occur-
rit in limbo ultimo. Hæc ratio fuit, quare ἐκκαιδε-
καετηρική potius, quam ὀκταετηρική institueret. quæ
omnino puerilis est, ut & mediocriter docto paret.

Ἐτος Α βασιλείας Ἀλεξάνδρου ἀποκράτορος Ἐγγύετο
ἢ ΔΙ ἔ Παγα Εἰδοῖς Ἀπριλίου, Ἐαββάτω, ἔμ-
βολίμικ μινός ἡρομύς. Ἐσαι τοῖς ἐξῆς ἔτσειν κα-
θὼς ἰωπέτακ) ἐν τῷ πίνακι. Ἐγγύετο δ' ἐν τοῖς
παρωχηκόσιν, καθὼς (εσημείω). Ἀπονησίζεσαι
ἢ δαῖ ἔ ἀν ἔμπέση Κυριακή.

Ἐτος α βασιλείας Ἀλεξάνδρου ἀποκράτορος.] Is est annus Do-
minicus vulgaris CCXXII, Cyclo Solis VII, Lunæ
XIIII. Quædam Chronica, & Fasti Consulares
initium Imper. Alexandri in annum CCXXIII.
perperam coniiciunt, quos hæc epoche conuicerit.
Nam plane Alexander rerum potiri cæpit anno
Christi 222, VI Iduum Martij: id est 34 dies ante
epocham huius Heccædecaeteridos.

ἐγένετο ἡ ΔΙ΄ Πάχα.] Dicimus *πασαρεσκει δειάτη*, non autem *δενκατέρτη*. Quia ergo quaternarius præit, ideo Δ nota quaternarij prior est, quam nota denarij. Habemus quædam Samaritanorum *χρονολογήματα*, in quibus digitorum numerorum notæ numeris articulis anteponuntur, non autem subiiciuntur. Minores autem numeros in Græca lingua maioribus præponi ab vndenario ad vicenarium, nemo dubitat. Latinis autem ab vndenario ad sedenarium, & hinc ad vicenarium maiores numeros præire: quod in idiomate Italico, Hispanico, & Gallico retinetur. Raro enim aliter vsurpant auctores Latinitatis: quod libentius decem & septem, decem & octo, decem & nouem, quam Septemdecim, Octodecim, Nouemdecim dicant: quanquam non nego vtrunque vsurpari. Ergo ΔΙ est *πασαρεσκει δειάτη*, quasi ΙΔ foret *δενκατέρτη*.

ΔΙ] Quartadecima Luna proprie ea est, quæ proxime antecedit plenilunium, hoc est pasceue Azymorum. Quartadecima Dominus passus, quæ tunc inciderat in feriam sextam. Sequenti die plenilunium & solenne Azymorum fuit. Atquin auctores Canonum Paschaliū per quartadecimam ipsum plenilunium intelligunt, quæ tamen potius quinta-decima dicenda erat. De hoc in elencho anni Gregoriani dicemus amplius.

Εἰς τὴν Ἀποφύλαξιν.] Plenilunium Paschale medium fuit die XIII Aprilis, horis 5. 45'. 28" post meridiem Romæ, feria septima, anno Christi vulgari CCXXII. Quæ per omnia Canonū congruunt.

Εγένετο δ' ἐν τοῖς παρωχικοῖσι] Promittit non solum in futurum, sed in præteritum Canonis constantiam. Sed quam auium eum a regione veri egerit Canon suus, postea dicitur.

Απονησιζέσθαι δὲ δεῖ.] Tota quadragesima ieiuniis operabantur, exceptis Sabbato, Dominica, & die Annunciationis, quem εὐαγγελισμόν vocant. Sed Termino Paschali durissimum indicebatur iustitium, etiamsi in Sabbatum incideret. Hoc non semel decretum fuit in veteribus Conciliis & nouissime a Patribus in Trullo confirmatum, Canone LV, Dominica aut Sabbatis ieiunandum non esse. Verba Canonis: Εἰ πρὸς κληρικὸς εὐρεθῆναι τῇ ἀγία κυριακῇ ἡμερῶν, ἢ τῶν σαββάτων, πάλιν ἢ ἑνὸς, ἢ ἑνὸς, καθαιρέσθαι. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορεῖσθαι. Sabbatum, quod a Canone excipitur, est id, in quod Terminus Paschalis incurrit. Vt in primo anno huius Canonis Hippolyti, feria septima incurrit in Terminum Paschalem: vt intelligere possis magnam necessitatem & religionem illius ieiunij fuisse, propter quam ne Sabbatum quidem, quod alias toto anno immune erat, exciperetur. Quare eius quoque ieiunij in Æthiopica ecclesia magna religio est. Tamen propter reuerentiam Resurrectionis Dominicæ feria prima ab hac obseruatione excipitur. Et quotiescunq. Terminus in Dominicā incidebat, ieiunium in sequentē diem reiciebatur. quod Ἀπονησιζέσθαι dicebant. hoc est ieiunium comperendinare. Hesy-chius Ἀπονησιζέσθαι, τὸ ἄπο ἡμερῶν ἐπὶ πρώτῳ ἡμερῶν. Hoc est, A die ieiunij in proxime succedentem traduci. Fuit autem Ἀπονησιζέσθαι introductus, ne cum Tetraditis fa- cere

cere viderentur, cum ij ieiuniis sese macerarent, quo tempore alij lætitiæ sese dedebant; hoc est Dominica, si in eam verbi gratia incideret terminus Paschalis, quod Imp. Constantinus Epistola quadam conqueritur apud Eusebium. Igitur Comperendinatio angariarum siue *ὑπομνήσιμος* fit, quoties Pascha Iudæicum in Dominicam incurrit. Id quod semper protinus Ecclesia tenuit, non solum cauens, ne plenilunio Pascha celebraret, sed ne in publica lætitiâ ieiuniis operam daret. Huius rei exempla suppeditat Canon, vbi Terminus incidit in A. Tunc enim in sequentem fit *ὑπομνήσιμος*. Vnicum igitur Sabbatum excipiebatur ieiunio, nulla autem Dominica.

[*Εἰς δὲ τὴν Ἀποφθίαν σαββάτων.*] Epocha Canonis incidit in Sabbatum, vt iam diximus. Sequens annus communis dierum CCCLIII. per septenarium diuisus relinquit feriam IIII. Ideo secundo anno Laterculi Terminalis Δ nota feriæ quartæ apposita. Tertius annus habet feriam primam, quia duo anni communes, videlicet dies DCCVIII per septem diuisi relinquunt vnitatem. Quarto anno post embolismum dies ∞ XCVI relinquunt feriam septimam. & sic deinceps.

[*Πρὸ β. Πρὸ ια. κα.*] Hoc est in anno communi Iuliano Terminus incideret in ante diem xi Kal. April. Anno autem bisextili, qualis iste est, CCXXIII Christi, vno die maturius incidit. Itaque Terminus Paschalis eo anno fuit in ante diem xii kal. April. Sed nostri Computatores rationem bisexti non habent, ne auctor quidem anni Gregoriani. Semper enim

eadem dies, cui epacta apposita est, assumitur. At nos scimus mirum in modum hoc variare; & vt plurimum in anno bisextili neomentas in antecedentem diem ascendere. Prudenter igitur Hippolytus noster.

[S S.] Hoc est Bisextum. Nam S, siue ζ , nota senarij. quæ veteribus Græcis obtinebat sextum locum in ordine literarum, & Aeolibus nota W Germanici erat, ac $\Delta\gamma\alpha\mu\mu\alpha$ vocabatur, quod ipsis Æolibus F, non ζ formaretur. Cadmus enim literas gentiles, hoc est meras Samaritanas, Græcis publicauit. ζ autem Samaritanum est inuersum digamma. Porro has notulas duplices S S, infra $\pi\alpha\rho\epsilon\kappa\tau\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota\varsigma$ vocat in Laterculo Dominicali.

[GENECIC XI.] Siue error is fuit fabri sculptoris, siue obsoleuerunt ductus & apices literarum, I perperam pro Y positum. $\chi\bar{\nu}$ igitur, hoc est $\chi\epsilon\iota\varsigma\bar{\nu}$. Hæc autem omnia, quæ inclusa sunt in cellulis areæ Laterculi, sunt lectiones ex utroque Testamento, quarum vsus erat eo tempore in Ecclesia. Sed quædam earum statæ sunt ex orbe hebdomadum, & eidem diei hebdomadis hærent, aliquando forrasse eidem diei mensis: quædam vagæ pro ratione Termini. Vt ecce $\Gamma\acute{\epsilon}\nu\sigma\iota\varsigma\ \chi\epsilon\iota\varsigma\bar{\nu}$ quotannis ex primo Matthæi $\epsilon\upsilon\ \omega\epsilon\sigma\theta\ \zeta\epsilon\upsilon\ \mu\eta\tau\epsilon\ \rho\epsilon\upsilon\sigma\theta$, siue $\omega\delta\epsilon\ \mu\omega\upsilon\alpha\iota\varsigma$ Natalis Christi legebatur xi Pharmuthi, quo tempore quidam natum Dominum putabant, vt scribit Clemens Alexandrinus, qui & alias non paucas veterum opiniones variasque disceptationes de die natalis Domini recenset, tanquam de ea re inter Christianos minime constaret. Nam opinio de Christo in x xv

Decembris nato vt omnibus prælata est, ita omnium nouissima, quæ ex coniectura de incenso Zachariæ patris Ioannis Baptistæ orta est, vt præter alios docet Chrysostomus, qui etiam peculiarem ei rei sermonem dicauit.

ΕΖΕΧΙΑ C.] Non est stata lectio, sed ad hebdomada Termini Paschalis pertinet, ex secundo Parapomenon petita, cap. xxx, de celebratione πᾶσχα.

ΙΩ C E I A C.] Pro Ιωσίας. Et hæc quoque lectio eiusdem argumenti de eadem celebritate, ex eodem libro, cap. xxxv. Eadem extat secundo Regum, cap. xxii, 21.

ΕΖΟΔΟ C.] Pro Εξοδος. Eiusdem argumenti, causa celebrationis Pascha. Exodi xii.

ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ.] Lectio ex Danielis ix, aptissima Termino Paschali. Nam & ibi de ieiunio, & de cæde Messia.

ΕCΔΡΑ.] Nempè Εσθᾶ. Puto Esdræ vi, 19, de celebrando Pascha. nisi mauis Nehemiæ ix, propter orationem Nehemiæ conuenientem tempori ieiunij, vt illam superiorem Danielis. Quod facile concesserim, præsertim cum Ecclesia secundum Esdræ vocet, quem Iudæi Nehemiæ.

ΚΑΙ Ε... ΕΡΗΜΩ.] Lege Καὶ ἐν ἐρήμῳ, Numerorum ix sine vlllo dubio, de celebratione solennis Paschalis in deserto Sinai.

ΠΑΘΟC ΧΥ.] Ethic quoque i perperam pro y notatum. Legendum enim πᾶθος χυ. id est χευσ. Est autem stata lectio. Nam xxv. Martij quidam veterum Christum passum putabant, inter quos Augu-

stinus. Alij etiam XXI, ex quorundam opinione. Nam ea est XXV Phamenoth.

[IHW XC.] Non dubito, quin autor scripserit IHW. XC. *Ἰησὺς Χριστός*. Sed difficile est diuinare, quæ sit illa lectio. Nam non pauca in Euangelio illo nomine insignita sunt. Neque illud liquet, quare tres Lectiones, aut duæ in eadem cellula: nisi id factum ideo, quod Paschales Lectiones cum statis concurrerent. quod non dubito. Quid enim aliud dicere possumus? Sed neque illud scio, quare in anno septimo quartæ *ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιπέδῳ* Lectio καὶ Δαυὶδ feria quarta, quæ anno primo secundæ inciderat in sextam: quare item eodem anno septimo Lectio *Ἰησὺς* in IIII, quæ in tertio tertiæ in feria VI. Nam hic neque *ἐπιπέδῳ* temporis, neque Termini ratio locum habet. Item quare *Ἐν ἐρήμῳ* in primo secundæ, feria VI, cum eadem Lectio sit in IIII, anno XII septimi cycli. Quare denique *Ἐξοδος* anno penultimo primi cycli, feria tertia, & eadem feria prima, anno X. vltimi. Hæc omnia mihi sunt Cimmeriis tenebris obscuriora, nisi dicamus tempus vtrunque concurrere, statæ lectionis, & Paschalis, & statas Lectiones mobiliter vsurpari, & mobiles state.

[IHC OYC.] Id est *Ἰησὺς* Johannis XIII, sine dubio. Nam si Christus passus XXV Martij, XXI fuit *ἡ ἑσπέρη*, qua Agape celebrabatur, hoc est τὸ κυριακὸν δεῖπνον, vt vocatur Canone XXIX Patrum in Trullo, & Canone XLI Patrum Carthagenensium. Hæc autem lectio vocatur *Ἰησὺς* à præcipuo verbo initij capitis, vt solet. *Ἰησὺς* ἡ ἑσπέρη τῆς Πένης ὁ *Ἰησὺς*, Lectio stata est καὶ ἐπιπέδῳ.

Eadem

Eadem repetitur aliena die anno septimo quarta *ἐκ
καὶ δεκάετης* propter causam penitus ignotam mihi,
qualia quædam alia in his cellulis.

[*ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ* *ΑΑΜΟΥΣ*.] Puto, *ΕΙΣ ΨΑΛΜΟΥΣ
ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ. ΕΙΣ ΨΑΛΜΟΥΣ. VΤ ΜΕΤΑΝΙΑΣ* sit error
fabri, pro *ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ*. cuiusmodi alia errata hic
sunt. Appellationes autem Psalmorum ex argumen-
to impositas esse, nouum non est, sed vetus. In Psal-
mos Hippolytum scripsisse, Hieronymus & Theo-
doretus testantur: sed vtrum aliquot selectos, quales
sunt *οἱ ἁγιοί*, an totum Psalterium explicauerit,
non meminere. Cum autem sermones scripserit in
Psalms, vt ex Theodoro colligimus, equidem non
dubito, quin tum in selectos aliquot scripserit, qua-
les sunt *οἱ μετανοίας*, tum in omnes. Ideo vera videtur
coniectura nostra: & illo eis *ΨΑΛΜΟΥΣ* significari
sermones in Psalms, altera autem *ΕΙΣ ΨΑΛΜΟΥΣ
ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ*, peculiarem in selectos commenta-
rium. Porro Hippolytum hunc Episcopum quidem
nominat Eusebius libro vi, cap. xxii Historiæ Eccle-
siasticæ, sed cuius urbis episcopus esset, non addidit.
Hieronymus sese quæsisse quidem, sed non inue-
nisse. Theodoretus in Polymorpho, cum ex eius
libris sæpius multa testimonia producat, atque Epi-
scopum nominet, urbem *ἢ Ἐπισηοῦ* reticuit. Gela-
sius Metropoleos Arabum Episcopum vocat, Nice-
phorus Portuensẽm. Mirum Hieronymo prisco scri-
ptori atque accurato ignotum fuisse, quod Nice-
phorum recẽtissimum scriptorem non fugerit. Mul-
ta igitur huius Hippolyti scripta ab Eusebio, Hiero-

nymo, Theodoretō, Gelasio recensentur. ex quibus quædam hic habes.

ITACTPIMYΘON.] Omnino scripserat auctor, εΙC ENTACTPIMYΘON, aut, si inanis, ΕΓΓACTPIMYΘON. Iste Hippolytus raro suscepit integrum librum Scripturæ interpretandum, sed selectum argumentum. Sic supra diximus peculiare opus εΙC ψαλλµεσ µετανοίας scripsisse. Sic scripsit de Anna & Helcana ex primo Samuelis, nō in primum Samuelis. Sic de Pythonissa ex eodem libro. Ita etiam proculdubio scripserat εΙC εγλασ-ριµυθον illam παιδίσκην ἔχουσαν πνεύµα Πύθωνος, Acto- rum xvi. nisi inanis, quæ auctores Ecclesiastici nar- rant ab eo scripta de Pythonissa, ad hanc potius, quam ad illam Samuelis referenda esse. quod non inuitus concesserim, & puto verius esse.

Ἡ ὑπὲρ τῆς κριτικῆς ἰωάννου ἀπολογίας ἐκ δόκτου ἀλάφειος.] Apologiam ergo scripsit pro Euangelio secundum Iohannem contra Alogianos, qui Euangelium illud reiiciebant: vnde nomen illis, propter illud, ἐν ἀρχῇ ἦν λόγος. Item scripsit apologiam pro Apocalypsi, in quam qui olim, & quid dixerint, & scripserint, vide Eusebium. quæ quia nota sunt, & vulgatissima, producere reli- gio est. Sane de Apocalypsi eum scripsisse testatur & Hieronymus. quod nihil aliud fuisse suspicio est, quam hunc apologeticum libellum.

Περὶ χειροµάτων.] Et hoc quoque fuit selectum ar- gumentum ex cap. xii. prioris ad Corinthios. vt ve- rum sit; quod diximus raro integros illum Scriptu- ræ libros, sed eximia quædam ex illis, tractasse.

Ἀποστολικὴ παράδοσις.] Περὶ δόξης οὐλικῆς ἐκ τῆς δόσεως vide Ire-

næum libro III. cap. II, & III. Nam id ipsum argumentum est, quod in suo opere tractabat Hippolytus. Habes & apud Eusebium, Augustinum & alios.

ΧΡΟΝΙΚΩΝ.] Erratum sculptoris. Nam est *χρονικων*, per *ο μικρον*.

Πρὸς ἑλλήνας.] Ad Gentes, aut in Gentes, vt Clemens, Athenagoras, Iustinus, Minutius Felix, Arnobius, Firmicus, Lactantius, Cyrillus, & nouissimus omnium iam adulto Christianismo Augustinus.

ΟΔΟΣ ΕΙΣ ΠΑΣΑΣ ΤΑΣ ΓΡΑΦΑΣ.] Puto ita bene. & ΟΔΟΝ vocat *τὴν μέθοδον*. Nam non placet, quod ab initio hariolabar, *ὡς εἰς πάσας*, &c.

ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΑΤΩΝΑ.] *πρὸς Πλάτωνα* scripserat Hippolytus. Nam *τὸ περὶ τῶ πάντων*, quid tractarit, indicat: & notius, quam vt explicetur. *πρὸς Πλάτωνα* sic accipiendum, vt *πρὸς ἑλλήνας*, cum contra eorum ritus, & religionem scripserit. Sic scripsit contra *τὸ πᾶν ἑβραίων*, & *τὸ παρμηρίδες*.

Προεπίστος πρὸς Σιβηρείαν.] Scripserat Epistolam ad quandam Reginam, vt refert Theodoretus. Ego non assero hanc esse Seuerinam, quæ illi regina dicitur, sed neque pertendam, si quis ita existimet.

Απόδειξις χρόνων τῆ Πάχα, καὶ τὰ ἐν τῷ πίνακι.] Απόδειξις quidem illa periit. Πίναξ autem superest is, quem in manibus nunc habemus, quem etiam *κανόνα* vocat Eusebius, qui & *ἀποδείξεως*, & *κανόνος* ita meminuit: Καὶ τὸ περὶ τῆ Πάχα πεποίη) σύγγραμμα, ἐν ᾧ καὶ τῶ χρόνων ἀναγραφῶ ἐκθετός, καίτινα κανόνα ἐκκαθεκατηρίδος περὶ τῆ Πάχα θεοθεῖς ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἔτος Ἀλεξάνδρου ἀποκράτορος τῶ χρόνος ἀνεγρέφεται.

ordil

ΚΑΤΑ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ.] Maluimus legere ἢ τὸ
 vt iam indicauimus, cum aliud sit ἀπόδοξις, aliud πί-
 ναιξ. Alioqui suspicari posses auctorem scripsisse, καθά-
 ἐν τῷ Πίνακι. Sed, vt dixi, ἀπόδοξις, & πίναξ longe diuer-
 sa: & ἀποδοξίως manifeste meminit Eusebius, vt iam
 monuimus.

Περὶ τοῦ καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως.] Non dubito, quin Titu-
 lus ab ipso auctore ita conceptus fuerit, Περὶ τοῦ καὶ
 σαρκὸς ἀναστάσεως. Intelligendum enim de libro de dua-
 bus naturis Christi, quem ab Hippolyto conscri-
 ptum fuisse, auctor Theodoretus. Præterea separa-
 ta sunt argumenta, Περὶ τοῦ χειρῶν, item Περὶ σαρκὸς ἀναστά-
 σεως. Ideo & duo diuersa opera. Vide Tertull. de
 carne Christi, & de Resurrectione.

Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ πόθεν τὸ κακόν.] In Florinum presby-
 terum æqualem illorum temporum, qui Deum mali
 auctorem faciebat. Ideo excommunicatus a Victore
 Romano. Auctor Euseb. lib. v. cap. xv. Histor. Ec-
 cles. Origenes in libro in Iob Deum mali auctorem
 negat, tangens, vt puto, hanc huius Florini hæresin,
 & cum Hippolyto nostro sentiens.

Επὶ Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τῷ ἁ' ἀρχῇ.

Αἰ κυριακῆ ἔ Πάχα κτ' ἐτ'.

Αἰ ἡ' παλαιότησεις διδῶσι τὴν δὲ πρῶτην ἐξ.

Επὶ Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τῷ ἁ' ἀρχῇ.] Eusebius; καὶ πα-
 κανόνα ἐκκαθημετηρίδος Περὶ τῆς Πάχα πρῶτης ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος
 Ἀλεξάνδρου αὐτοκρατορίας τῆς χρόνος περιγραφῆς. Mira locutio, ἐπὶ
 τὸ πρῶτον ἔτος, pro, ἐπὶ τῆς πρώτης ἔτους. Ita etiam loquitur

libro IV. eiusdem operis, capite XII. ἐπὶ τέτον δ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ὁ παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νεῦ βεβοημένος ἐγγραφέτο Νάρκισσος. Hic ἐπὶ τέτον dixit pro ἐπὶ τέτε, nisi mendosus est Codex. Quare ignoscendum doctissimo scriptori Hieronymo, qui ex Eusebio ad verbum vertens ita scribit: Rationem Paschæ, & temporum, Canonemque scripsit, vsque ad primum annum Alexandri Imper. XVI. annorum circulum, quam ἐκκαιδεκατηρίδα vocant. Canon enim non in primum annum Imp. Alexandri desinit, sed ab eodem incipit. Nam ridiculum est Canones astronomicos ad epocham vsque temporum scribi, potius quam ab epocha. Sed tam falsus est in ea re Hieronymus, quam in iis, quæ in Eusebio sequuntur, vertendis. Scribit Eusebius Hippolytum quædam commentatum εἰς ἑξαήμερον, καὶ εἰς τὰ μὲν τὴν ἑξαήμερον. Hieronymus autem nomine δ' ἑξαήμερον totum librum Pentateuchi, quem Genesin vocamus, intelligit. Consequenter nomine δ' μὲν τὴν ἑξαήμερον librum secundum Mosis, hoc est Exodum. Atqui ἑξαήμερον scriptores Ecclesiastici id vocant, quod Iudæi פְּרָשָׁתַּי הַשְּׁבִיעִתָּה hoc est Acta creationis, quæ primo capite Geneseos traduntur. Quare τὰ μὲν τὴν ἑξαήμερον intelliguntur de Paradiso, de arbore scientiæ, de lapsu hominis, Capite secundo.

[Αἰ κελευθαὶ δ' Πάχα καὶ ἔτος.] Quemadmodum in altero Laterculo ratio ἐκκαιδεκατηρίδος postulat, vt feriarum successio in Termino Paschali a septima feria ad primam progrediatur, sic eadem ratio exigit, vt in hoc laterculo literæ Dominicales secundum ordi-

nem Alphabeti sese consequantur. Si primus annus primi cycli est F, secundi erit G, tertij A, quarti B: & sic deinceps. Itaque propter hanc argutiam consequentiæ feriarum, *ἐκκαίδεκαετηρίδα* potius, quam *ὀκταετηρίδα* elegit Hippolytus.

Αἱ δὲ *ὀκταετηρίδες*.] Verbum Criticorum *ὀκταετηρίδων*, *ὀκταετηρίδων*, *ὀκταετηρίδων*, *ὀκταετηρίδων*. Intelligit autem notulas $\bar{\epsilon}$ $\bar{\epsilon}$, quas miror hic omissas, cum admoneamur etiam huic laterculo appositas fuisse. Nam utique apponendæ erant.

Τὸ δὲ *ἀπὸ ἐξ*.] Hoc est *δίσεκτον*, Bisextum. $\bar{\epsilon}$ enim, aut ϵ sunt sex, & $\bar{\epsilon}$ $\bar{\epsilon}$ sunt *δὲ ἐξ*.

Πρὸ *ἰα Κα. Μαΐ. xv.*] Manifestus error *ἰα* pro *ἰβ*, qui repetitur eodem cyclo Solis & Octaeterico, anno quinquagesimo septimo. Item anno nono *ἐκκαίδεκαετηρίδος* secundo Γ. ΚΑ. ΜΑΙ, pro *ἰβ*. Item penultimo sextæ Γ. ΕΙ, pro ϵ . ΕΙ. Ultimo tertij Θ. ΚΑ. pro ϵ . ΚΑ.

HACTENVS quæ habuimus in Canonem Hippolyti. Porro quam mendosa sit ratio Octaeteridis, nemo harum rerū paulo intelligentior ignorat. Octaeteris Lunaris die vno, horis 12. 41. maior est Iuliana. Nunquam ergo Luna sequentis Octaeteridisprehenderetur in antecedentis epocha, cum tamen id putarit Hippolytus, & pleraque omnis vetus Ecclesia. In decem & nouem annis nullæ neomeniæ conueniunt in eandem diem Solis, donec vertente Enneadecacteride orbis neomeniarum in sua vestigia redeat. Cum igitur sequentis octaeteridis caput ab alio numero aureo incipiat, quam caput antecedentis, secundum ea, quæ proposuimus, nunquam neomenia

COMPARATIO
VERORVM TERMINORVM,
ET VERARVM DOMINICARVM
CVM RATIONIBVS
OCTAETERIDIS.

Linea octae- teridum	Numero aureus	Termini Paschales veri.	Cyclus Solis.	Littere Do- minicales.	Dominicae Hippolyti.	Dominicae verae	Caput Octaeteri- dum Hip- polyti.
1	14	13 Apr.	7	F	14 Apr.	14 April.	Id. Apr.
2	3	14 Apr.	15	C	18 Apr.	18 April.	Id. Apr.
3	11	16 Apr.	23	G	15 Apr.	22 April.	Id. Apr.
4	19	18 Apr.	3	D	19 Apr.	19 April.	Id. Apr.
5	8	19 Apr.	11	A	16 Apr.	23 April.	Id. Apr.
6	16	22 Mar.	19	E	20 Apr.	30 Mar.	Id. Apr.
7	5	23 Mar.	27	B	17 Apr.	27 Mar.	Id. Apr.
8	13	25 Mar.	7	F	14 Apr.	31 Mar.	Id. Apr.
9	2	26 Mar.	15	C	18 Apr.	28 Mar.	Id. Apr.
10	10	28 Mar.	23	G	15 Apr.	1 Apr.	Id. Apr.
11	18	30 Mar.	3	D	19 Apr.	5 Apr.	Id. Apr.
12	7	31 Mar.	11	A	16 Apr.	8 Apr.	Id. Apr.
13	15	2 Apr.	19	E	20 Apr.	6 Apr.	Id. Apr.
14	4	3 Apr.	27	B	17 Apr.	10 Apr.	Id. Apr.

mentia conueniet in eandem epocham Solis, sed se-
rius omnino aut die solido cum semisse, aut triduo.
Fædi igitur errores orientur, & longe longeque à

vero termino discedetur. Id vt plenius cognoscas,
 Tabellam proposuimus, in qua veris Terminis po-
 sitis, veræ Dominicæ *ἀνάστασις* cum Hippolyti Do-
 minicis comparantur. Magna enim periodus Hip-
 polyti annorum CXII, Heccædecaeteridum septem,
 Octaeteridū quatuordecim Termini Paschalis epo-
 cham figit in XIII Aprilis, anno Alexandri Cæsaris
 primo, numero aureo XIIII. Sequens Octaeteris,
 hoc est annus nonus, habet eandem epocham XIII
 Aprilis in Canone. Quia vero is annus non est XIIII
 aureus numerus, sed III, iam non XIII Aprilis, vt exi-
 git ratio Canonis, sed XIII erit Terminus Paschalis.
 Similiter Octaeteris tertia, qui est annus decimus &
 septimus, incipit cyclo vndecimo. Quare Terminus
 Paschalis non crit amplius in XIII, vt in prima, aut
 XIIII, vt in secunda, sed in XVI. Tres enim Octaete-
 rides exactæ sunt, qui sunt dies tres solidi, hora I. 14'.
 De reliquis Octaeteridibus idem iudicium. Deni-
 que in hac magna periodo quatuordecim Octaeteri-
 dum *ἑξήκοντα ὀκταετηρίδων* creuit ad dies 19. hor. 20. I.
 qui sunt dies viginti, horis quatuor minus. Eam *ἑξήκοντα
 ὀκταετηρίδων* adiecit epochæ Hippolyti, tertiædecimæ Aprilis.
 Fient dies triginta tres a Kal. April. ita vt terminus
 Paschalis tertiæ Maii competat post annos CXII. Di-
 ximus epocham huius periodi fuisse die XIII. Apri-
 lis hor. 5. 45', post meridiem Romæ, anno primo Imp.
 Alexandri. Cui epochæ si adieceris incrementum,
 siue *ἑξήκοντα ὀκταετηρίδων* annorum CIII, siue tredecim
 Octaeteridum: consent dies XXXIII, hor. 1. 46'
 a Kal. April. De quibus deducto mense Lunari, die-
 bus

bus scilicet vndetriginta, horis duodecim cum scrupulis quadragintaquatuor, relinquuntur dies III, horæ tredecim cum scrup. duob. plenilunium medium Paschale in III April. hor. 13. 2' post meridiem, anno cv ab initio Imper. Alexandri, vt habes in proposita Tabula. Quod si embolismum octaeteridis sequimur atque eius *ἑσποχὴν*, Plenilunium Paschale incidet in diem III cum hora I. Mai. Sin autem embolimæus mensis deducatur, plenilunium erit III April. Secundum rationes Hippolyti, semper Terminus hærebit tertiæ decimæ Aprilis in capitibus octaeteridum: &, vt est in Laterculo Dominicali, Pascha secundum Hippolytum anno cv celebrandum erat xvii Aprilis, cum tamen quatuordecim diebus solidis plenilunium antecedit. Hæc absurditas obtinuit, quandiu octaeteridi locus fuit, quam inuenio bis castigatam fuisse: prius quidem ab Hippolyto, qui cyclum ex octaeterico Heccædecaetericum fecit (quanquam hæc medicina morbum non sustulit) deinde ab Hippolyto manum illi admouit Dionysius Alexandria Episcopus, non vtique vt hos errores castigaret, sed vt annum sextum octaeteridis, qui hæctenus cõmunis fuerat, embolimæum faceret, & a xviii Martij ad xvii Aprilis traduceret. Tunc enim æquinoctium erat in xxii Martij. Anno igitur sexto octaeteridis, si litera dominicalis fuerit A, aut B, aut C, Pascha *ἀναστάσιμον* celebrabatur ante epocham æquinoctij: quod fieri non debere docebat Dionysius Epistola ad Domitium, & Didymum, ἐν τῇ κατὰ κανόνα ἐπιπέσει ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μὲν ἢ ἐπιπέσει ἰσημερ

ρίαν *πρωτοῦ πάχα* εορτὴν ἐπιτελεῖν *παιδάμμος*, inquit Euse-
 bius. Producebat enim, vt puto, vetustissimum Ca-
 nonem. Εἰ τις *πρωτοῦ πάχα*, ἢ διακονοῦ τινὸς ἀγίαν ἢ Πάχα ἡμέραν
 πρὸς τὴν ἑαρινὴν ἰσημερίαν μὲν Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαυρεῖθω. Atqui
 sexto anno octaeteridos necesse erat multos *καθαυρεῖθω*,
 si huius Canonis ratio haberetur. Errores igitur
 octaeteridos, & *ἐκκαίδεκαετηρίδος*, occasione Eusebio de-
 derunt *ἐννεαδεκαετηρίδα* conscribendi, vt auctor est Hie-
 ronymus. Sed cum is cyclus Lunæ tantum *δοκοῦνται*
εἶναι, non autem feriæ promittat, Theophilus vrbis
 Alexandrinæ Episcopus putauit in quinque cyclis
 enneadecaetericis feriam & Lunam in orbem redire.
 Quare periodum nonagintaquinque annorum ex-
 cogitauit, quam etiam Theodosio principi obtulit.
 Sed illa periodus non est perpetua. Quatuor enim
 tantum periodi feriam restituent. Post quatuor pe-
 riodos, hoc est annos CCCLXXX, mutabit fe-
 ria. Exemplum. Litera Dominicalis anno Christi
 ∞DLXXXVII fuit A, in anno Iuliano, cyclo Solis
 XXVIII. Anno ∞DCLXXXII eadem erit litera, cyclo
 Solis XI. Anno ∞DCCXCVII eadem litera, cyclo
 XXII. Anno denique ∞DCCCXCII, cyclus erit V, ea-
 dem litera. At anno ∞DCCCCLXXXVII mutabit
 ratio. Erit enim cyclus XVI, litera B. quæ litera per
 quatuor periodos perpetuabitur in cyclis XVI, XXVII,
 X, & XXI. Exactis quatuor periodis illis, sequetur li-
 tera C, in cyclis IIII, XV, XXVI, IX. & sic deinceps ad-
 iectione vndenaria ad cyclum Solis. Fallax igitur
 ratio Theophili: vt opus habuerit correctore Victo-
 rino Aquitano. qui huius periodi errore deprehenso,
 inuitatus

inuitatus etiam ab Hilario Urbis Romæ Episcopo, circiter annum Christi plus minus CCCCLX, post Dionysium, Hippolytum, Eusebium, Theophilum, & alios, Paschalem cursum composuit, & annorum feriem vsque ad annum quingentesimum, tricesimum secundum perpetuauit, vt illis vertentibus Terminus Paschalis & feria in pristinum statum redeant, vt testatur Gennadius. Vidit enim nunquam fore, vt Lunæ rationes cum Solaribus parient, nisi cyclus Solaris XXVIII annorum cum enneadecaeteride Lunari multiplicetur, vt fiat periodus annorum DXXXII. Initium autem illius periodi deducitur a duobus Geminis Coss. anno Tiberij xv, a baptisinate & prædicatione Christi, appositis a latere Consulibus. Habeo eius periodum in membranis, sed mendosissimam, ex cuius rationibus nihil, quod studium nostrum iuuaret, depromere potui. Quos errores partim librariis, partim ipsi Victorino adscribo, adeo vt correctore Dionysio Abbate melior edita sit, initio ducto a natali Christi. Vnde non ab auctore Victoriniana, sed à castigatore Dionysiana vocatur: quanquam Victor Episcopus eam prius aggressus erat. Hæc plusquam mille annos in Ecclesia obtinuit, & propter plenilunia Paschalia per quatuor dies anticipantia iterum castiganda fuit ratio Paschalis computi. quod factum iussu Gregorij XIII. Propter hos vitiosos Canones & cyclos, decretum Concilio Carthagenensi, vt Pascha indiceretur, Canonibus XXXIIII, LXXIIII. Si de futuro Pascha minus constaret, tunc ex magna Ecclesia Carthagenensi petebatur,

tebatur, idque *μη εν σενος ρεβρι δεσσηματι*, sed longo ante tempore, hoc est, a Septembri indicebatur, Canonibus LIIII, LXXIIII. Vltimum perfugium erat Alexandrina ecclesia, propter peritiam siderum. Nam Cyrillus Alexandrinus Episcopus ad Africanam synodum ita scribit: *Περὶ δὲ τῆς Πάσχα, ὡς ἐγράψατε, ἀγγέλλομεν ἡμῖν, τῇ πρὸ δέκα ἐπέτα Καλανδῶν Μαΐων ἡμᾶς ὀπιτελέσοντας τῇ ἐπισημασμένῃ ἰνδικτιῶνι.* Η ΤΠΟΓΡΑΦΗ. Ο ΘΕΟΣ. ΚΑΙ. Ο. ΚΥΡΙΟΣ. ΗΜΩΝ. ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ. ΣΥΝΟΔΟΝ. ΦΥΛΑΞΑΙ. ΟΠΕΡ. ΕΥΧΟΜΕΘΑ. ΤΙΜΙΩΤΑΤΟΙ. ΑΔΕΛΦΟΙ. Annus ille, quo scribebat, erat ccccxxii Christi vt hodie putamus. Sequenti anno ccccxxiii Pascha celebratum xv Aprilis, cyclo Solis xii, Lunari vi. Terminus Paschalis x April. ΤΠΟΓΡΑΦΗ autem illa apposita est symbolum literarum formatarum, aut similibum, quæ ab Ecclesia ad aliam Ecclesiam mittebantur. Et mirum simillima *ὑπογραφή* magnam Synagogam Samaritanorum montis Garizim vti in typo anni, quem aliquot annis ante mittit ad alias Samaritanorum synagogas, vt vidimus in typo anni ∞DLXXXIIII missi ad Synagogam Alexandrinam, quem ab eadem synagoga missum nobis habemus characteribus Samaritanis impeditissimis, lingua Arabica: Nam Pascha indicitur a consistorio montis Garizim. Igitur propter vitiosos Canones Paschales necesse fuit a maioribus Ecclesiis Pascha indici, & ad prouincias mitti *μη εν σενος ρεβρι δεσσηματι*: vt si quid dubium de sollemnitate suboriretur, mature ei rei occurreretur. Sed de his haectenus.

ISACII ARGYRI

D E

CORRECTIONE PASCHA,

*Excerptum ex eius computo Græco, post
Canonion Paschale.*

ET hæc quidem satis. Ab his autem proxime necessarium est, ostendere causam, cur Canon ille Paschalis nõ tuto editus est: & vtrum ita a principio editus fuerit, necne: item, cum ita sit, quando contingat Pascha a nobis rite celebrari & quando ab exacta regula deficit. Horum, quæ diximus, nulla alia causa est, præter quam quod Lunæ ad eundem locum per decem & nouem annos Romanos reditus non exacte a nobis assumptus est, quemadmodum in processu per aliam temporum cõuersionem ostendemus, quæ per annos viginti quinque Ægyptiacos fit, & qua mirabilis Ptolemæus in opere constructionis vsus est, facta vtriusque conuersionis inter se comparatione. Comparamus autem sic. Decennouennalem Lunæ conuersionem quadruplamus, quod per quadriennium annus Romanus ex quadrantum diurnorum accessione restituatur. Ita fiunt anni Romani LXXVI. Triplamus etiam eodem modo viginti quinque annorum Ægyptiacorum lustrum. & facit annos LXXV. Hos LXXV Ægyptiacos annos exacta Lunæ restitutio an-

Anni Ægypt.	Anni Romani
75	76
Dies 365	365.15'
<hr/>	
Dies 27375.	27759
	Excessus
	Dies
	384

D

teuenit

teuenit scrupulis diurnis sexagenariis 8. 21". Quia vero LXXVI anni Romani LXXV annos Ægyptiacos superant diebus cccLXXXIII, vt ex appositis ratiociniis constat: illis si adiecerimus portionem diurnam de exacta Lunæ conuersione, scrupula 8. 21", & de conflatis diebus 384. 8. 21, deduxerimus mensium tredecim Lunarium dies appendices 383. 53. 52": habebimus exactam Lunæ restitutionem, qua decem nouennales quatuor orbes Romanos anteuenit scrupulis diurnis 14. 29". quæ quidem est portio diei minor quadrante. Sed interea esto quadrans fere. In quatuor ergo lustris septuaginta sex annorum, hoc est in trecentis quatuor annis Romanis, quæ per denos nouenos annos fit restitutio, non exacte superat exactissimam die vno integro. Atque iccirco facile deprehendi potest, Canonem deficientem hodie duabus diebus a plenilunio Pascha Iudaici ante bis trecentos quatuor annos Romanos constructum fuisse. Quod si Paschaliū pleniluniorum dies exactissimum ostenderet oppositionum tempus, possemus accuratius ratiocinari ante quot annos talis Canon compositus fuerit. Interea tamen vt cognoscamus post quot annos a præsentis integræ dies duæ, quæ desciscunt ab examine, consummandæ sint, plenilunij Pascha Iudaici præsentis cyclo appositæ, quod decimam Aprilis diem scriptam habet, rationem iniuimus. Deprehendimus autem, propter nõ accuratam, vt dictum est, conuersionis Lunarum rationem, qua Canon vtitur, desciscere in octauam Aprilis post horas tres æquinoctiales ab ortu Solis, qui in eadem

eadem die contigit. Quia vero tres horæ æquinoctiales sunt octaua pars temporis nocturni & diurni, si annorum CCCIII Romanorum, in quibus integram noctē & diem exacta conuersio non exactam, quæ fit in XIX annis, anticipat, octauam partem assumpserimus, id est, annos Romanos XXXVII: habebimus post quot annos a præsentī integræ erunt dies duæ ab examine deficientes. Post illam autem cōuersionem, rursus alius diei scrupulis incipiet exacta restitutio non exactam anticipare: Post annos autem triginta octo a præsentī erit annus 6919. His ita animaduersis, consideremus, an & singulis annis peccat dies, in qua nos sacrosanctum Pascha celebramus, aut alias quidem peccat, alias non. Patebit vero, si ad vnum diem mensis duntaxat Pascha nostrum exigeretur, & non opus esset illud Dominica die celebrare, singulis annis peccaturum illud, quemadmodum & Iudaicum Pascha, & quidem duabus diebus, quemadmodum & illud. Sed quia Dominica die celebratur, propterea non semper peccat. Sed subtilius res puretur: Quotiescunque Iudaicum Pascha, quod vni diei mensis subiectum est, contingit Dominica, aut feria secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, tunc nostrum Pascha non peccat, cum sequenti Dominica celebratur. Quando vero feria sexta, aut Sabbato, tunc vero vel nimium quantum a recto desciscit. Incidente enim in feriam sextam, cum deberemus proxime sequente dominica Pascha celebrare, in eam Dominicam, quæ post illam sequitur, transcendimus, quando-

quidem Pascha Iudaicū, quod in Canone assumitur, biduo, quod a nobis demonstratum est, Pascha a Iudæis celebrari solitum præuertit. In sabbato quoque idem cōtingit propter eandem causam. Cum enim deberemus, interueniēte postridie Dominica, Pascha celebrare, in illam, quæ post eam sequitur, transitum facimus. Vno quidē hoc casu peccatur, propter causam, quam diximus, nō exactæ restitutionis Lunarīs. Est & alius casus, (quanquam hoc quidem raro accidat) propter verni æquinoctij luxationē. Retro enim progreditur, & ipsum quoq. post cōuersiones annorum, propter eam causam, quam dicemus, quæ ita habet: Solem interuallo 365 & dierum quadrantis ab eodem puncto ad idē reuerti, pinguius acceptum est: secundū vero subtilem rationem, aliqua diei portione minus, vt quidem Ptolemæus in Cōpositione ait, trecentesima: vt autē Persarum Mathematici & nos solstitiū per plures dies obseruantes, deprehendimus portione illam maiorem ducentesima parte, quam quidem a diebus 365 & quadrante auferre oporteat. Æquinoctium enim vernū ait Ptolemæus sæculo suo confici XXI Martij. Nos autem ipsum deprehendimus ante xv Martij, ex Solstitij obseruationibus ipsum putantes. Quia vero lex Mosaica proximo post vernum æquinoctium plenilunio statim Pascha celebrare Iudæis præcipit: quo tempore Canon Paschalis cōstructus est, cum scilicet vernum æquinoctium in XXI, aut xx Martij propemodum conficeretur: Pleniluniorum dies in Canone notati & Iudaicum Pascha indicantes, prima quidem sunt. rite
post

post æquinoctium plenilunia. Non enim reperies Canonem transgredi plenilunium vicesimæ primæ Martij, quod quidem tunc erat primum post æquinoctium, aliud autem vicem eius substituere. Nunc vero cum vernū æquinoctium sex aut pluribus diebus retro progressum fuerit, possent esse alia prima plenilunia ante XXI Martij, in quibus Iudæi quidem Pascha celebrent, nos vero plenilunia Canonis sequentes integrum mensem a cōgruo tempore desciscamus. Ante annos enim quinquaginta cum adhuc ætate iuuenis essem, & in quadam Thraciæ vrbe, cui nomen Aenos, degerem, vidi loci inquilinos Iudæos vicesima Martij Pascha suam obiuisse: nos vero nostrum sanctum Pascha vicesima tertia Aprilis celebravimus, secuti diem Plenilunij Canonis in XVIIII Aprilis notatam. Ego quidem tunc rem admiratus sum adhuc rudis Mathematicarum rerum. Postea vero caussas rei ex astronomicis disciplinis edoctus percepi hoc rite contigisse. Ex his igitur constat, quoties proxime exactum vernum æquinoctium, hoc est XV Martij, vsque ad XX eiusdem, contingit plenilunium fieri, nos a regula deficere, quod ad plenilunia Aprilis transgressum facimus. Et quidem ante nos doctissimus Gregoras de hoc scripsit, edito libro, in quo nullam eruditionem desideres, & transformato canone, & in eum, qui huic sæculo competit, statum restituto. Qui & in populo, & in conspectu Imperatoris, & ipsius senatus & lectissimorum ecclesiæ virorū ab omnibus laudatus est: & vniuersi Pascha, si fieri posset, ex emendatione Canonis cele-

brandum esse decreuerunt ipsa veritate verborum confutati. Nos vero non quod solenne Pascha mutandum esse censeamus, hunc sermonem instituimus: neque ideo vt eos, qui hunc Canonem construxerunt, criminaremur; tanquam imperite & vitiose principium eius ediderint, in hæc verba effusi sumus. Apage eiusmodi verba: neque vitiligatores calumniosam in nos linguam vibrent. Hoc enim solum studuimus ostendere, quomodocunque edatur Canon, euitari non posse, quin a tempore vitiosum fiat, efficiens, vt decennouennalis lustri discrimen, quod in exiguo tempore paruum dictu, & insensibile videbatur, multorum annorum processu nequaquam negligendum sit. *Hactenus Argyrus.*

Est autem plana methodus Canonis. Numeri, qui sunt in duplicibus cellis frontalibus, indicant cyclum Solarem Græcorum. Nam cyclus Græcorum incipit a cyclo xviii Latinorum in litera F. Quare & xviii Græcorum habebit eandem literam F. Et propterea congeminati sunt i. xviii. propter communem literam F. quæ est in vii Aprilis, & in xxiiii Martij, & ita deinceps descendendo per numerum Cycli aurei. Eodem modo cycli vii. xv habent eandem literam F. Consequenter xiii. xxiiii habent literam E. quæ etiam est in vi Aprilis, xxiiii Martij, & ita deinceps descendendo. in singulis cellis Pascha Christiani subiecti sunt numeri feriales i. ii. iii.iiii. v. vi. vii. significantes feriam, in quam incidit Pascha legale, siue Iudaicum. Exemplum. In primo anno cycli, Pascha legale est in xxxi Martij, Christianum

31

CANON PASCHALIS EMENDATIONIS,
AVCTORE NICEPHORO GREGORA,
cuius Argvrus in superiore Methodo differit.

C Cycli	Pascha legale	7	7	2	13	3	14	9	15	10	21	5	22	23	6	Epaçtæ
		18	15	19	24	25	8	20	26	27	4	11	16	17	28	
1	M. 31	A. 7. I	A. 6 II	A. 5 III	A. 4 IIII	A. 3 V	A. 2 VI	A. 8 VII								XIIII
2	M. 20	M. 24 IIII	M. 23 V	M. 22 VI	M. 21 VII	M. 27 I	M. 26 II	M. 25 III								XXV
3	A. 8	A. 14 II	A. 13 III	A. 12 IIII	A. 11 V	A. 10 VI	A. 9 VII	A. 15 I								VI
4	M. 28	M. 31 V	M. 30 VI	M. 28 VII	A. 4 I	A. 2 II	A. 2 III	A. 4 IIII								XVII
5	A. 16	A. 21 III	A. 20 IIII	A. 19 V	A. 18 VI	A. 17 VII	A. 23 I	A. 22 II								XXVIII
6	A. 5	A. 7 VI	A. 6 VII	A. 12 I	A. 11 II	A. 10 III	A. 9 IIII	A. 8 V								IX
7	M. 25	M. 31 II	M. 30 III	M. 29 IIII	M. 28 V	M. 27 VI	M. 26 VII	A. 1 I								XX
8	A. 13	A. 14 VII	A. 20 I	A. 19 II	A. 18 III	A. 17 IIII	A. 16 V	A. 15 VI								I
9	A. 2	A. 7 III	A. 6 IIII	A. 5 V	A. 4 VI	A. 3 VII	A. 9 I	A. 8 II								XII
10	M. 22	M. 14 VI	M. 23 VII	M. 29 I	M. 28 II	M. 27 III	M. 26 IIII	M. 25 V								XXIII
11	A. 10	A. 14 IIII	A. 13 V	A. 12 VI	A. 11 VII	A. 17 I	A. 19 II	A. 15 III								IIII
12	M. 30	M. 31 VII	A. 6 I	A. 5 II	A. 4 III	A. 3 IIII	A. 2 V	A. 1 VI								XV
13	M. 19	M. 24 IIII	M. 23 IIII	M. 22 V	M. 21 VI	M. 20 VII	M. 26 I	M. 25 II								XXVI
14	A. 7	A. 14 I	A. 13 II	A. 12 III	A. 11 IIII	A. 10 V	A. 9 VI	A. 8 VII								VII
15	M. 27	M. 31 IIII	M. 30 V	M. 29 VI	M. 28 VII	A. 3 I	A. 2 II	A. 1 III								XVIII
16	A. 15	A. 21 II	A. 20 III	A. 19 IIII	A. 18 V	A. 17 VI	A. 16 VII	A. 22 I								XXIX
17	A. 3	A. 7 IIII	A. 6 V	A. 5 VI	A. 4 VII	A. 10 I	A. 9 II	A. 8 III								X
18	M. 23	M. 24 VII	M. 30 I	M. 29 II	M. 28 III	M. 27 IIII	M. 26 V	M. 25 VI								XXI
19	A. 11	A. 14 V	A. 13 VI	A. 12 VII	A. 18 I	A. 12 II	A. 16 III	A. 15 IIII								II

ftianū in VII April. in cuius cella est nota I, id est fe-
ria prima. Ergo Pascha legale est in feria prima. Quod
verū est. Nam litera Dominicalis est F in vlt. Martij.
IN ME-

IN METHODVM
CORRECTIONIS PASCHALIS
ISACII ARGYRI.

Quo tempore hoc scripserit Argyrus, non longius quærendum. Ipse notam apposuit annum Græcorum 6881: hoc est Christi 1372. ut ab eo ad hunc fluxerint anni ccxxii. Quod vero ait ante quinquaginta annos se, cum in vrbe Thraciæ Aeno esset, obseruasse a Iudæis Pascha celebratum fuisse vicesima Martij, quo anno Christiani in xxii Aprilis Pascha resurrectionis celebrarint, sequentes, ut ipse ait, Terminum Paschalem appositum Canoni in xvii Aprilis: manifesto quidem indicat annum cycli Lunaris fuisse viii, literam autem Dominicalem A. Hæc non potuerunt concurrere, nisi in anno Christi 1318. Cyclus Lunæ fuit viii, Solis xi. Ideo terminus Paschalis Dionysianus xviii Aprilis: Litera dominicalis A. Interuallū ab epocha Argyri retro ad illum annum, sunt anni lv. Ideo rectè dixit ante annos quinquaginta. Plus enim sunt, quam quinquaginta. Erat annus Græcorum 6826, Iudæorum 5078, incipiens ab autumno anni Christi 1317. Tisri 4. 8. 286, feria quinta, in viii Septembris. Nisan sequens 6. 12. 724, feria septima in iiii Martij. Ergo quintadecima Nisan in xviii Martij. Quod si annus fuisset plenus, incidisset in xix. Martij. Quomodo igitur constabit fides auctori de Pascha a Iudæis in xx Martij celebrato? An alia vsi sunt anni forma, quam ea, qua alij Iudæi? Habuimus autem duo

exemplaria Græca eiusdem Argyri : in quibus constanter notata erat vigesima Martij: vt non error sit librarij. Quare quid de illa Argyri obseruatione dicam, nescio.

Quod vero ait æquinoctium vernum obseruatum a Ptolemæo in XXI Martij, falsum est. Obseruatio enim illa, vt ipse Ptolemæus scribit, incidit in annum Philippi 463, (qui erat Nabonassari 887,) Pachon 7. Thoth anni 887 Nabonassari congruit vicesimæ Iulij anni Dominici 139. feria prima. Septima autem mensis Pachon congruit vicesimæ secundæ Martij, feria prima anni Dominici 140, qui erat bisextilis. Quare si anno 139, aut 141 obseruatum fuisset æquinoctium, incidisset in 23 Martij. Nam propter bisextum, vnum diem anticipauit in anno 140.

Habemus & alias Paschales correctiones Ioannis de Saxonia, Ioannis de Dacia cognomine Philomenæ, & aliorum, qui temporibus Argyri, aut ante, scripserunt. Sed contenti fuimus hac sola Argyri, tanquam omnium nobilissima. Superest, vt de anno Pontificio dicamus.

E ANNI

ANNI LILIANI ELENCHVS
ET CASTIGATIO.

NON igitur noua est Paschalis cultus corrigendi cura, sed ante ducentos quinquaginta amplius annos agitata. Quæ res cum memoria auorum nostrorum iterum excitata esset, & doctissimo Ioanni Regiomontano a Pontifice Max. mandata, tam mortis eius, quam aliarum turbarum interuentu ad exitum perduci non potuit. Superioribus autem annis Gregorius XIII nouam anni correctionem proposuit, & maiori parti Europæ probauit ita, vt hæc noua forma calido consensu recepta veterem Iulianam ex animis vulgi penitus deleuerit. Cum igitur Reip. intersit eam quam emendatissimam haberi: in ea autem insint, quæ meliora fieri possint, imo quæ omnino emendanda sunt; arbitror, si meam de ea re sententiam proposuero, meliora ingenia & iudicia ad idem faciendum excitatum iri. Quanquam non sum nescius, quam ardua res sit, hoc vlcus tangere, cum in fine librorum meorum De emendatione temporum strictim ac parce de hoc negotio verba fecerim, & tamen cum hac animi moderatione effugere non potuerim odium & conuicia eorum, qui putant sibi iniuriam fieri, si non in verba eorum iuremus, & ipsos nunquã errare posse existimemus. Itaque, vt audio, delegata fuit cura doctissimo Mathematico Christophoro Clauio, vt in me scriberet: & ne de hac re dubitem, Antonius Possuinus in sua illa tepida in Chytræum Apologia malum mihi a Clauio

Clauio intentat. Auidissime diu illum librum expectaui. quem etiam inter manus Clauij multi se vidisse mihi aut dixerunt, aut scripserunt. Ego sane, qui pluris fecerim me a Clauio reprehendi, quam a multis laudari, non possum comminisci, quam ille aut causam aut materiam in me scribendi nancisci potuerit, cum a me nihil dictum sit, quod vllius boni animum offendere possit. Nam si qui sunt errores in libris meis (& quid ni humanitus a me peccari potuisse confitear?) non debent tanti viri cogitationes suas a melioribus occupationibus ad meas nugas refellendas traducere. Equidem eos ea cura libero. Ne frustra sint: ego meos errores melius & lubentius correxero, quam ipsi animaduertere possint. Quod ego peccaui, mihi peccaui, non reipublicæ. Eorum error publicus est, & familiam ducit. Hortor igitur eos, circuncisa omni ambitione & maleuolentia, vt homines liberaliter educatos facere oportet, ne ita aut sua ament, aut nos oderint, vt desperent a nobis meliora adferri aliquando posse, vt fecit Posseuinus: qui in Apologia sua Methodum nostram in cyclum Solarem anni Liliani confidentissime exagitat, quæ tamen melior excogitari, neque breuior, potest. Et mirum est, hominem, qui nihil non facit, vt omnibus persuadeat, se solum doctum & sapientem esse, melius existimationi suæ non consuluisse. Sed & in illa Apologia, & in Bibliotheca, quæ nuper prodiit, manifesto ostendit se meum opus non legisse, aut non intellexisse: vt cum dicit me decreta patrum Nicenorum improbare, aut nescio quid tale *φορητικόν* &


inciuiile. Ostendat mihi ille censor morum, & Criticus librorum, vbi hoc legerit in toto opere meo? Credimus, an qui odere, ipsi sibi somnia fingunt? Ecquis finis scribendi futurus est, si quis volet in eius Bibliothecam anquirere? Perdere si quis in his dignabitur otia curis? Ecquod opus in lucem prodiit magis oportunum qua iustis qua iniustis, reprehensionibus, quam eius Bibliotheca? Quis vnquam vidit confidentiam magis securam alieni iudicij? Sed redeo ad rem. Ego, quod ipse sciat, neque vnquam consilium de anno aut Pascha corrigendo reprehendi, neque aliter me animatum fuisse, omnes, qui mea scripta legent, fatebuntur. Quid vero in hac forma noua reprehendam, & quid omnino corrigendum sit, aperiam, si prius de instituto auctoris anni aliquid dixerō.

D E C Y C L O S O L I S

I N P E R I O D O L I L I A N A .

Ex modo anni tropici Alfonsino, quo melior hactenus reperiri non potuit, iam dudum a peritis animaduersum est, in annis 134 Iulianis vnū bisextum superuacuum esse, & in 402 tria. Sed neglectis duobus annis putarunt tuto assumi posse 400 annos pro iusta periodo, quod is sit quaternarius numerus, & ideo rationi bisexti conuenientior. quo interuallo 97 tantum bisexta vsurpanda sint; & periodo vertere, hoc est anno quadringentesimo primo, Kalendæ Ianuarij in eandem literam Dominicam incurrant.

rant. Nam 400 annis Ægyptiacis in septem distributis, remanet vnitas, quæ cum 97 bisextis composita facit 98. septenarium numerum. Igitur si, verbi gratia, Kalendæ Ianuarij anni primi inierint a Dominica vltima Decembris anni quadringentesimi, incidet in Sabbatum, & proinde Kalendæ anni quadringentesimi primi conferentur in Dominicam, vt in anno primo. Erit ergo iusta periodus anni tropici. Hoc cum iamdudum a peritis decretum esset ante hos centum, aut amplius, annos, Lilius hanc perio-



dum amplexus ad anni correctionem aggressus est, exemptis de Kalendario decem diebus, vt pro XI scilicet Martij, XXI putaretur. Cum igitur in quadringentis annis tria bisexta perimi debeant, ipse ea de fine primæ, secundæ, tertiæ centuriæ eximit: finem autem quartæ centuriæ bisextilem esse sinit: vt, exempli gratia, Februarius annorum Christi 1700, 1800, 1900 erit non viginti nouem dierum, sed viginti octo: Februarius autem anni 2000 erit viginti nouem. Constat igitur Tetracosietis Liliانا quatuor centuriis, centuria ternis cyclis Solaribus cum sexdecim annis Cycli quarti inchoati. vt in centuriis prima, secunda, tertia vna litera bisextilis omittatur in anno XVI Cycli Solaris quarti: quemadmodum in subiecto Laterculo habes, in quo sub centuriis 0, 100, 200 e regione 16 anni cycli habes geminam literam, maiusculam & minusculam, Cb, Ed, Gf. ambæ procedent in annis 16, 44 72. Sed in anno 100, hoc est in 16 quarti cycli minuscula litera incipit Cyclum centuriæ sequentis: vt vides in Laterculo. Fingimus igitur semper æquinoctium fuisse in XXI Martij ab initio epochæ Christi. Abiectis igitur omnibus 400 de annis Christi, relinquuntur anni Tetracosieteridis currentis. In quibus considerandū est, quota sit centuria, & quotus annus cycli Solaris in centuria: & ex Laterculo habebis literam Dominicalem Lilianam. Volo scire literam dominicalem anni præsentis 1594. Abiectis omnibus 400, remanent anni 394 currentis centuriæ. quarum tres iam lapsæ sunt, & annus 94 currit quartæ centuriæ. In laterculo


39 LATERCVLVVS CYCLI SOLARIS

L I L I A N I .

Anni expansi Centurie Lilianæ				o 100 200 300				ANNI CHRISTI		Chara- cter cy- cli ☉ Liliani
1	29	57	85	G	B	D	F	1	2801	XXV
2	30	58	86	F	A	C	E	101	2901	XIII
3	31	59	87	E	G	B	D	201	3001	I
4	32	60	88	DC	FE	AG	CB	301	3101	XVII
5	33	61	89	B	D	F	A	401	3201	XVII
6	34	62	90	A	C	E	G	501	3301	V
7	35	63	91	G	B	D	F	601	3401	XXI
8	36	64	92	FE	AG	CB	ED	701	3501	IX
9	37	65	93	D	F	A	C	801	3601	IX
10	38	66	94	C	E	G	B	901	3701	XXV
11	39	67	95	B	D	F	A	1001	3801	XXII
12	40	68	96	AG	CB	ED	GF	1101	3901	I
13	41	69	97	F	A	C	E	1201	4001	I
14	42	70	98	E	G	B	D	1301	4101	XVII
15	43	71	99	D	F	A	C	1401	4201	V
16	44	72	100	Cb	Ed	Gf	BA	1501	4301	XXI
17	45	73		A	C	E	G	1601	4401	XXI
18	46	74		G	B	D	F	1701	4501	IX
19	47	75		F	A	C	E	1801	4601	XXV
20	48	76		ED	GF	BA	DC	1901	4701	XIII
21	49	77		C	E	G	B	2001	4801	XIII
22	50	78		B	D	F	A	2101	4901	I
23	51	79		A	C	E	G	2201	5001	XVII
24	52	80		GF	BA	DC	FE	2301	5101	V
25	53	81		E	G	B	D	2401	5201	V
26	54	82		D	F	A	C	2501	5301	XXI
27	55	83		C	E	G	B	2601	5401	IX
28	56	84		BA	DC	FE	AG	2701	5501	XXV

in annis expansis e regione annorum 94 sub 300, hoc est sub tertia centuria lapsa, habes in angulo communi literam B dominicalem huius anni 1594. Rursus volo scire literam dominicalem anni 1800. Abiectis omnibus 400, remanet annus centesimus secundæ centuriæ. Sub 100, prima scilicet centuria lapsa, e regione annorum 100, habes in angulo communi *Ed*. Et quia est centesimus annus centuriæ, litera *d* non faciet bisextum, sed continuabitur, vt in anno communi. At in anno 1744, & 1772 ambæ assumuntur: quod bisexti habeatur ratio. Rursus de annis 1600 Christi abiectis 400, relinquitur annus centesimus quartæ centuriæ. Sub 300, e regione 100 occurrit in communi angulo litera gemina BA, mirum vtraque maiuscula: quo notatur semper A sumi in bisextum, hoc est vtramque literam in eo anno locum habere, priorem a Ianuario ad locum bisexti, alteram a loco bisexti ad exitum anni. Hæc methodus expeditissima est. Neque vlla melior esse potest, quæ quidem ex scripto discatur. Quæ vero memoriter teneri potest, longe expeditior est, si tueris quatuor primas literas initiales quatuor centuriarum, G, B, D, F. Pro quibus sume quatuor verba, *Gratis, Bonus, Dei, Filius*, de Technico illo versu vulgatissimo *Filius Esto Dei Calum Bonus Accipe Gratis*. Quater enim interrumpitur Cyclus Solis antiquus. Itaque initio primæ Centuriæ Cyclus Solis incipiens a GRATIS, statuit eam vocem in ima radice indicis, FILIUS in ima radice medij, ESTO in ima radice Medici, DEI in ima Auricularis, & ita

& ita deinceps, vt solet in vulgari methodo cycli Solaris. In secunda centuria initio sume BONVS in ima radice Indicis, ACCIPE in ima medij, &c. vt patet ex subiecta Rotula, in qua GRATIS habet I pro prima centuria, BONVS II pro secunda, DEI III pro tertia, FILIVS IIII pro quarta. Vnde etiam colligis interruptionem rationis hebdomadae fieri per omissionem vnus literae: nempe interruptionem a GRATIS ad BONVS, hoc est a prima centuria ad secundam, fieri omissione vocis ACCIPE: interruptionem autem a BONVS ad DEI, per omissionem vocis CAELVM: & ita in aliis. Qui huic tam expeditae methodo obtrectari velit, cum aut malignum, aut harum rerum imperitum esse oportet. Et tamen haec est, quam damnat Posseni- nus. Quod si quis per cyclum Solis Iulianum hoc tractare velit, poterit ita facere. Annum Christi sumat e Laterculo ex annis Christi collectis, si praecise inuenitur: sin autem, proxime minorem. e cuius regione character cycli Solaris sumptus & in Rota cycli Solaris numeratus vsque ad annum cycli Solis currentem, ostendet literam Lilianam. Exemplum: Volo scire literam Dominicalem anni 1601. Annus praecise inuenitur in annis Christi collectis. E cuius regione character XXI in rota cycli Solis erit annus primus cycli Solaris. Itaque cum in dicto anno 1601 annus cycli Solaris sit quartusdecimus, is numerus



flog

a XXI putatus in Rota desinet in VI, sub quo litera G est litera Dominicalis anni propositi 1601. Rursus volo scire literam Dominicalem Lilianam in anno 1741, qui numerus non inuenitur præcise in annis collectis. Numeri proxime minoris 1701 character est IX: & est annus cycli Solaris Iuliani quartusdecimus. In rota, quatuordecim a IX putata desinent in XXII, & ideo in litera A, quæ est litera Dominicalis Liliani anni propositi 1741. Quod verum deprehendes ex altera methodo e regione annorum 41 expansionum sub 100 centuria lapsa: vbi est eadem litera A. Et hæc quoque methodus, quamuis sit eadem cum Liliana, quanto tamen expeditior sit, quam ipsa Liliana, hominem modestum, & peritum harum rerum, non Posseninum, iudicem fero.

DE EPACTIS LILIANIS.

HIPPARCHVS primus omnium deprehendit in annis Ægyptiacis 304, & diebus 75 absolutam fieri Lunæ ἀποκρίσιον, vt nihil de epilogismo Lunari reliquum fiat. Sed 304 anni cum 75 diebus sunt minores annis Iulianis 304 die vno, cum annis 304 Iulianis bisexta 76 congruant. Ergo epactæ Iulianæ in Calendario post 304 annos anteuertent vno die. Esto nouilunium, vel prima mensis Lunæ, in tertia Decembris Iuliani, hoc anno 1594, in quo epacta est XVIII, quæ ex veteri vsu Computatorum a Martio incipit. Quare cum December a Martio decimus sit, epacta 18, prima Lunæ incidit in III Decembris. Sed

post

post 304 annos, hoc est anno 1898, eadem neomenia anteuertit vnum diem, & iam non amplius erit in 11, sed in 11 Decembris. Ergo ad nouilunium indicandum epacta illa vetus 18 erit inutilis, & pro ea epacta 19 assumenda. Denique post alios 304 annos, hoc est anno 2202, epactam 19 noua epacta xx excludet. Epactæ igitur in anno Iuliano & sursum nituntur & augentur vnitatē pro ratione decrementorum periodi Hipparcheæ: Contrarium fit in anno Tropico. Nam in eo epactæ deorsum præcipitantur post annos 228, aut 247. Hoc igitur anno 1594 nouilunium est in 13 Decembris. Epacta Liliانا 8. Anno 1841 idem nouilunium descendet in 14 diem. Epacta autem erit 7. & ita semper, nisi quiddam, quod obftet, interuenerit. Augetur igitur epacta in anno Iuliano, decrescit in Tropico. Ergo epactæ tam in Iuliano, quam in Tropico ab vnitatē *καὶ μετέμπτωσιν* sursum ascendunt secundum naturalem seriem, & infra pesselum eum contra naturalem seriem, *καὶ ἀετέμπτωσιν*. Si igitur epacta ex 18 fit 19 in anno Iuliano, ex 8 fit 9 in Tropico: ergo epactæ percurrunt omnem tricenarium numerum post aliquot millia annorum. Igitur instituendus erit cyclus epactarum perpetuus ab xi ad xxx, semper progrediendo, per vndenarium numerum propagatus. & quia in Calendario incrementorum aut decrementorum series retrograda est, non alia poterit in Calendario annotari, nisi retrograda. Non igitur verum est, quod doctissimus Mathematicus Clavius initio Capituli 111 libri secundi Apologiæ scribit, epactas secundum seriem

naturalem ab unitate ad triginta deorsum descendere posse. Neque video quam defensionem sententiæ suæ parare possit. Ex illis enim, quæ demonstrauimus, omnino retrogradas esse necesse est, & alias institui non posse. Nos eiusmodi epactas tricenarias retrogrado ordine progredientes vidimus olim in Kalendaris duobus vetustis. alterum Missali Romano elegantissime scripto, alterum perantiquo Psalterio præfixum erat. Instituto igitur Cyclo epactarum perpetuo, & annotatis retrogrado ordine epactis in Kalendario, Lilius vidit quartamdecimam Paschalem Dionysianam in anno Iuliano anteuertisse triduo per totum cyclum sine vlla exceptione, præterquam in annis 8, & 19, cum scilicet epactæ sunt 28, & 29, quæ quidem epactæ anteuertunt scdem Dionysianam non, vt reliquæ 17, triduo, sed quadriduo. Anteuertent igitur quartamdecimam huius sæculi vno die. Nam hodie, cum epacta est 28, in Kalendario Iuliano, quartadecima est in xv Aprilis. Igitur 28 epacta debet constitui in 2 Aprilis. Rursus quartadecima hodierna, cum epacta est 29, in Kalendario Romano est in 14 Aprilis. Ergo epacta 29 debetur Kalendis Aprilis. Cum igitur Kalendæ Martij incipiant ab epacta 30, siue 0, quod idem est, erit rursus eadem epacta 0 in vltima Martij, siquidem Kalendæ Aprilis vindicant epactam 29. Sed vrgemur incōmodo ex altera parte. Nam menses Lunares politici, vt nemo nescit, alternis sunt pleni, & caui, id est tricenum & vndetricenum dierum. Quod si ita statuamus epactas, vt 0 sit in Kalendis

lendis, & in vltima Martij, & in 29 Aprilis, & sic deinceps: omnes igitur menses Lunares fuerint tricennum dierum, & annus lunaris, qui explicatur 354 diebus, constabit ex solidis 360. quod est absurdum. Præterea epacta xxiiii hoc facto manet inutilis methodo quartadecimæ Paschatis. Citimus terminus Paschalis est 21 Martij, remotissimus 18 Aprilis. Sed epacta 24 constituit quartadecimam Paschalem in XIX Aprilis, nempe vltra terminum remotissimum. Eadem etiam in Martio statuet quartadecimam in XX mensis citimum terminum. Epacta igitur XXI IIII erit inutilis ad Pascha semper, & hoc sæculo præsertim, cum circumcisus decem diebus epacta vetus Iuliana I I I I sit hodie XXIIII in anno cycli XIII, cuius quartadecima Luna Dionysiana hærebat in XII Aprilis, hodie autem *ἡμέρα τῆς ἑορτῆς* tridui est in IX Aprilis. Exemptis igitur decem diebus, eadem deprehenditur in XIX Aprilis Liliani, vt iam dictum est. Quod igitur huic malo remedium excogitabitur? Epactarum ratio, propter quartadecimam Paschalem præcipue reperta est, quæ autem epactæ quartadecimam in Martio ostendunt, eadem epactæ in aliis mensibus quartadecimam ostendere debent: vt exempli gratia, cum epacta est XVIII, quartam decimam lunam ostendit epacta V per totum annum. At hoc non poterit fieri, si epacta XXIIII statuatur in VI Aprilis. Nam quartadecimam Martij ostendet epacta XI. Vt igitur in Aprili epacta XI ostendat quartadecimam, necessario epacta XXIIII debet esse in V Aprilis. Erunt igitur


tur duæ epactæ in eadem sede; quod quidem si alternis syzygiis obseruetur, ita menses fuerint alternis pleni & caui, prout ratio anni Lunaris politici postulat. Rursus alia mora obiicitur. Nam cum collegium duarum epactarum xxv, xxiiii in eandem diem quintam Aprilis coniectum sit: quoties accidet in eodem cyclo epactam vtraque reperiri, necessarium erit, nouilunium bis in eodem die contingere in vno cyclo. quod est absurdum. Ab anno 1900, ad annum 2199, epacta xxv erit in aureo numero xvii, epacta autem xxiiii in aureo numero vi. Ab anno 3100, ad 3399 epacta xxv erit in aureo numero xii, epacta xxiiii in aureo numero primo. Anno 3800 ad annum 4099, epacta xxv aureo numero xv congruet, xxiiii autem aureo numero quarto. Denique ab anno 4500, ad annum 4699, epacta xxv conuenit aureo numero xviii, epacta xxiiii aureo numero vii. Ita in eodem cyclo occurrit vtraque epacta xxv, xxiiii. Huic incommodo ita mederi visus est, si epactam 25 nigram cum epacta xxvi coniungeret: cui locus erit, quoties numerus aureus maior erit, quam xii. Tunc enim illa epacta 25 atrata extraordinaria sumetur pro ordinaria xxv miniata: quia, vt diximus, ab anno 3100, ad annum 3399, epacta 25 congruit aureo numero xii. Nullus autem minor est aureus numerus, cui illa epacta vnquam competere possit. propter eandem causam, quoties aureus numerus minor erit, quam xii, sumenda erit epacta ordinaria miniata. Hæc nos ideo fusius tractauimus, quia doctissimus Clavius in sua ad

Moeslinum Apologia, neque quare Kalend. Aprilis
 xxix epacta pro xxviii notata fuit, exposuit, neque
 quare epacta xxiiii potius, quam quæuis alia loco
 suo luxata. Nam qui has nostras cum illius rationi-
 bus contendet, facile vtrius sint veriores depre-
 hendet. Rursus quoties epacta primi aurei numeri
 est vnitas, tunc epacta xix concurret cum vltimo
 numero aureo xix. Ideo in vltimam Decembris
 epacta nigra 29 cum xx coniecta fuit, quæ locum
 habeat, quoties aureus primus numerus est vnitas.
 Tunc enim, vt iam dictum est, epacta xix concurret
 cum aureo numero xix. Vnitas, vt diximus, in se-
 quenti anno, est primus aureus numerus, notatus in
 xxx Ianuarij. A Kal. Decembris, ad 30 Ianuarij, sunt
 tres syzygiæ. Et quia epacta est xix currens, quando
 vnitas est primus numerus, nulla autem epacta xix
 post Kal. Decembris, ad 30 Ianuarij, notata sit in
 Kalendario: ideo pro xx epacta 19 nigra assumenda
 est, ne duæ syzygiæ transeant sine epacta. Hoc au-
 tem non accidet, nisi in annis 1595, 1614, 1633, 1652,
 1671, 1690. Nam multa milia annorum expectanda
 essent, vt iterum aureus primus numerus sit vni-
 tas. His animaduersis, restabat Tabula æquatio-
 nis Epactarum, quæ notat mutationes epactarum se-
 cundum *μεταπτώσεις* earum in centuriis annorū Chri-
 sti. Sumptum est autem initium a numero aureo iii,
 qui temporibus Niceni Concilij annotandus fuisset
 in Kal. Ianuarij. Ideo quoties currens aureus nume-
 rus ex tabula æquationis in Tabulam cycli epacta-
 rum perpetuam conferendus est, retrocedendum est
 ad ter-

ad tertiam a nota proposita Juliam, ut habeas primum aureum numerum currentem in anno proposito. Nos vero expeditiorem epactarum methodum apponemus, quam Lilianam, quæ sine retrocessione illa statim primum numerum ostendat. In tabula subiecta æquationis Epactarum ab anno Christi primo, ad 320, quod est sæculum Nicenæ Synodi, epacta primi aurei numeri erit 7: quia in anno Iuliano mutatio epactarum, ut ostendimus, fit post annos 304. Sed Lilius neglectis 4, omnibus 300 annis putavit mutationem fieri in epacta Iuliana. A 320 ad 500 ergo fiet mutatio, post nimirum 300 annos. & quia sunt minus quam 300 anni a 320 ad 500, continuabitur vsque ad 800. vnde incipiet alia mutatio. Et quia a 320 ad 800 sunt plusquam bis 300 anni, & tamen duæ tantum factæ sunt mutationes 8, & 9, id compensabitur in anno 1100. Et sic deinceps: donec in anno 1400 epacta primi aurei numeri erit X I. vsque ad annum 1582, in quo

TABVLA ÆQVATIONIS
EPACTARVM.

Anni Christi	Character epactæ	Anni Christi	Character epactæ
I	7	3000	25
320	8	3100	24
500	8	3200	24
800	9	3300	24
1100	10	3400	23
1400	11	3500	22
1582	1	3600	23
1600	1	3700	22
1700	0	3800	21
1800	0	3900	21
1900	29	4000	21
2000	29	4100	20
2100	29	4200	19
2200	28	4300	19
2300	27	4400	19
2400	28	4500	18
2500	27	4600	18
2600	26	4700	17
2700	26	4800	17
2800	26	4900	17
2900	25		



exemptis x diebus, pro xi epacta, erit epacta I: quæ hodie durat durabitq. ad annû 1700. in quo epacta post 300 annos debebat crescere in anno Iuliano: sed propter omissionem bisexti in anno 1700 pro 1 erit 0. Sic in sequentibus idem erit. Volo igitur scire epactam anni Christi post x. dies exemptos. Sume ex Tabella æquationis annum Christi propositum, si quidem præcise inuenitur: sin autem, annum proxime minorem. numerus illi appositus erit character primi aurei numeri: qui putatus in rotula cycli epactarum perpetui, & desinens in numero anni cycli

G

currentis

currentis ostendet epactam anni propositi. Volo scire epactam anni Christi 1700: qui quidem cum præcise in Tabula æquationis reperiatur, character o illi appositus erit numerus primus illius anni 1700. & cū aureus numerus sit x, in Rota cycli perpetui si ab epacta o deinceps decem putaueris, defines in ix, quæ est epacta anni propositi 1700. Rursus volo scire epactam anni 1914. Cum is numerus in Tabella æquationis præcise non inueniatur, character 29 e regione proxime minoris 1900, erit numerus primus aureus propositi anni 1914. Et cum aureus numerus xv. currat, in Rota a xxix quindecim putata desinunt in iii: quæ est epacta anni propositi 1914. Hæc methodus melior est Liliana: quamuis ei imperitissime obrectari possit aliquis Posseuinus. nam quorsum illa retrocessio ad tertiam cellam, si compendi fieri potest ille labor? Hoc est institutum Lilij, huius formæ auctoris: hæc methodus illius anni. Nunc quid in ea sit, quid intersit reip. corrigere, dicam.

OECONOMIÆ EXEMPTILIVM
BISEXTORVM ELENCHVS,
ET CASTIGATIO.

VITIVM non leue interuenit periodo tetracosetericæ in œconomia trium bisextorum reicellorum, propterea quod reiectio ante iustum tempus præcipitetur. Cum enim sine 132 annorum bisextum tollendum sit, id sit sine 100 annorum: & quod in 400 annis faciendum erat, id in 300 præuertitur.

Rursus

Rursus quod in centum annis fit, id vt iterum fiat, ducenti anni expectandi sunt. Nam anno Christi 1900 omittendum est bisextum. Anno autem 2000 continuatur. anno 2100 iterum omittitur. Ab anno prioris omissionis 1900, ad annum posterioris 2100, anni sunt 200. Et cum anno etiam 1800 facienda sit omisio, ducentis ergo annis fiunt omissiones duæ, & aliis ducentis vna. Quæ hæc est inæqualitas? In vna centuria bisextum omittitur, in alia continuatur. Hoc doctus Clavius excusare voluit: & tamen nemini persuasit, saltem qui aliquid in hoc negotio videat. Ecquid ergo causæ est, cur hoc non castigemus? In 400 annis sunt bis 132, & semel 136. Ergo in annis 132, 264, 400, bisextum omittatur. Ita nulla absurditas aut inæqualitas committeretur, quæ evitari non potest in bisexto præcipitando. In 132 annis sunt tres cycli Solis absoluti cum viginti annis cycli quarti imperfecti. In 136 sunt totidem cycli Solares absoluti cum 24 annis quarti inchoati. Ergo cyclus antiquus Solaris, qui quater in Liliana forma interrumpitur, in hac ter tantum interrumpetur. Nam litera Dominicalis anni primi periodi erit G, litera anni 133 D, litera anni 265, A. Facilius igitur retinebuntur tres literæ G D A, quam quatuor G B D F. Cum igitur anno Christi 1601 cyclus Solis incipere debeat a litera G, anno 1733, incipiet a litera D. anno vero 1865 a litera A. Quare vertente periodo rursus anno 2001 cyclus inibit a litera G, vt antea: & sic in infinitum. Quo facto omissioni bisexti ante tempus non præuertetur. quod vitium in methodo

Liliana quot alia porro propagare potest in rationibus æquinoctij & Lunæ? quæ aliis discutienda relinquimus.

E P A C T A R V M P E R P E T V O

per xi progredientium Elenchus.

EPACTAS secundum *ἡποφορίαν* medij motus Lunæ vndenario alias maiores, alias minores esse, etiã mediocriter docti sciunt. Quare si hoc anno epacta currens nouilunia in Calendario recte ostendat, potest fieri, vt epacta sequentis anni id nō fideliter præster, quia adiectione perpetua xi indagata est. Aliquãdo igitur epactæ nouilunia anteuertunt, aliquando non assequuntur. Cum igitur epactæ olim ab Ecclesia institutæ fuerint ob hoc præcipue, vt plenilunia Paschalia ostendant, non leuiter peccabitur, si vulgarem progressum epactarum sequamur. Sæpe enim anteuertunt pleniluniū vno die, quam Latini quartamdecimam Lunam, Græci Computi auctores, nunc *τεσσαρεσκαιδέκτω*, nunc *πεντέλωον* vocant. Mirum enim, quantum in hoc turbent Latini auctores, cum quartamdecimam nunc confundunt, nunc inter se distinguunt. Si enim Terminus Paschalis est quartadecima Luna, ea autem non est plenilunium: accidat, exempli gratia, quartadecima Luna in Sabbatho. Dominica sequente igitur, secundum Canonem, Pascha Christianum celebrabitur. Sed est plenilunium. Ergo Pascha celebrabitur in plenilunio contra Canonem, siquidem quartadecima non est plenilunium. Nam tunc necesse quintamdecimam esse plenilunium. Ergo quartadecima Christiano-

rum

rum est plenilunium. Et propterea quartadecima dies notata ab epacta in antiquo Calendario Ecclesiastico est plenilunium Paschale. Idem etiam secutus est auctor anni noui, cuius epactæ, vt ipse monuit, ferius vno die notant nouilunia, vt ab ipsis quarta decima putata incidat in plenilunium. Ergo quartadecima Liliana est quintadecima a nouilunio, & proinde plenilunium. Quare satis mirari non possum, doctissimum Mathematicum Christophorum Clauium non solum aliter sentire, sed etiam putare Pascha Christianum plenilunio celebrari licere. Quis hoc illi concedat? Quartadecima, inquit, est quæ inclusiuè numeratur a Neomenia. Quare igitur quartadecima Liliana est quintadecima, etiam teste ipso, quod paulo ante attigimus, Lilio? Quare terminum Paschalem Græci vocant *πεντέδεκον*? Quare quartadecima veteris Calendarij est plenilunium congruens illi sæculo, quo epactæ excogitatæ & Calendario appositæ sunt? Nemo negat Dionysiacas quartadecimas, quibus vsque ad 1583 annum Ecclesia vsa est, esse eas, quæ congruebant tempori Concilij Niceni: quod & Clavius ipse fatetur. Annus Christi 429 abest a Concilio Niceno annis centum tantummodo, quo interuallo nulla, quæ quidem sensibus possit percipi, Lunæ sit anticipatio. In eo anno Christi 429, terminus Paschalis, siue quartadecima Dionysiana, erat in quarta Aprilis. Ergo 304 annis ante illum annum, id est anno 125, quartadecima erat in v eiusdem: quia in 304 annis fit Lunæ *ωροσπρωτοίς*. Sed anno Christi 125, qui erat Nabonafari

fari 872, facta est Eclipsis Lunæ 17 Pachon completa, id est 4 Aprilis 8 hora a meridie Alexandria. En Eclipsis Lunæ incidens in initium quartædecimæ. Ergo quartadecima Christianorum est Plenilunium. Rursus anno Christi 59, defecit Sol die 30 Aprilis, teste Plinio. Terminus Paschalis illius anni debebat esse in XIII Aprilis. Nam 304 annis post fuit in XIII eiusdem mensis. Quare si terminus Paschalis est quartadecima Luna, xv ergo Aprilis fuit plenilunium. a qua ad eclipsim sunt tantum 14 dies. quod est ineptum. Ergo plenilunium proxime antecedens accidit sub finem XIII. Quartadecima Christianorū est plenilunium. Sed esto, vt vult Clavius. Hoc modo error non erit in celebratione Paschali anni 1598. Nam, vt ipse vult, Pascha Christianum potest etiam in ipsa die plenilunij celebrari. Cur igitur fatetur huic incommodo remedium inueniri nō posse propter æquabilem epactarum seriem, quæ sæpenumero nouilunia non assequuntur? Nam si anno 1598 Pascha in plenilunio celebrabitur, id autem fieri licere nouus Canon Clauij permittit, quid ergo opus est excusare, quod recte se habet? Sane melius sibi consulisset Clavius, si sextum caput secundi libri sui non publicasset, in quo multa dixit, quæ nemini harum rerum paulo intelligentiori persuadebit. Quare vt in aliis Moestlinū iure reprehenderit, in eo iniuriam illi facit, cum ei irascitur, quia quartadecimam Christianorum plenilunium esse putarit. Sed audiamus ipsum Claviū capite quarto eiusdem libri: Nouilunia, inquit, aurei numeri

circa

circa annum Domini 550, ferius cōtingebant, quam
 in cælo, ac proinde ad vsum Ecclesiæ magis accom-
 modata erant. Ergo, doctissime Clavi, quartadeci-
 ma ab epacta erat quintadecima a nouilunio; & pro-
 inde plenilunium. Ego te ipsummet iudicem fero,
 ni quæ toto capite sexto dixisti, omnia a vero longe
 aliena sint, nive Moestlinum perperam insimulaue-
 ris. Inuestigentur omnes Computi vetustissimi Græ-
 ci, Latini, Syriaci, Arabici. In omnibus terminus
 Paschalis est plenilunium. Argyrus terminus Pa-
 schalem τὸ ἰσθαιὸν πάχα καὶ πασιελωιακῶ συζυγίαν vocat.
 Christus resurrexit post plenilunium, nempe die xvi
 Nisan. Propterea dominica post plenilunium præ-
 cipitur πάχα ἀναστάσιμον celebrare. Nam τριακατηδεκά-
 τῃται dupliciter peccabant: tum quod in plenilunio,
 tum quod non Dominica celebrabant; siquidem plen-
 ilunium in aliam feriam incurreret. Quartadecima
 igitur Christianorum est plenilunium, quicquid ad-
 uerfetur doctus Clavius. Erit igitur quintadecima a
 nouilunio, etiam ipso Clauio, & Lilio testibus. Aio
 illam quintadecimam a nouilunio, quam Ecclesia
 vocat quartadecimam, nunc esse quintadeci-
 mam a nouilunio, nunc autem quartadecimam:
 idque propter æquabilem epactarum per xi pro-
 gressum: quod & ipse Clavius quoque in sua Apo-
 logia fatetur. Atqui medendū erat illi malo: hoc est,
 non semper erat sequenda adiectio vndenarij ad in-
 uestigationem Epactæ. Fingamus, vt in periodo So-
 lari fecimus, Lilianam formam ab initio annorum
 Christi obtinuisse. & ab anno Christi 1577, qui est
 Judaicus

Iudaicus 5337, instituamus cyclum Lunæ decemno-
uennalem, adiectis neomeniis Iudaicis, quarum ple-
nilunia non incidunt ante 21 Martij Liliiani. quibus
neomeniis ex more Iudæorum præposita est feria,
quæ mutatur, quoties horæ sequentes peruenerunt
ad 18. Adiecimus etiam literam Dominicalem Li-
lianam, ad notandam in Calendario nouilunij epo-
cham, vt habes in subiecta Tabella.

Lunæ cycli	Anni Christi	Litera Domini- calk Liliiana	Neomeniæ Iudaicæ			Menses Liliiani	Epactæ neo- meniarum.	
			Feria	Horæ	scrup. 1080.			
1	1577	B	2.	13.	256	29 M.	2	
2	1578	A	7.	22.	52	18 M.	12	
ADAR	3	1579	G	5.	6.	928	8 M.	23
4	1580	FE	4.	4.	437	26 M.	5	
5	1581	D	1.	14.	233	15 M.	16	
6	1582	C	7.	10.	822	3 A.	26	
7	1583	B	4.	19.	618	24 M.	7	
8	1584	AG	2.	4.	414	12 M.	19	
9	1585	F	1.	1.	1003	31 M.	29	
10	1586	E	5.	10.	694	20 M.	11	
ADAR	11	1587	D	2.	19.	595	10 M.	21
12	1588	CB	1.	17.	104	27 M.	4	
13	1589	A	6.	1.	980	17 M.	14	
14	1590	G	4.	23.	489	5 A.	24	
15	1591	F	2.	8.	285	25 M.	6	
16	1592	ED	6.	17.	81	13 M.	18	
17	1593	C	5.	14.	670	1 A.	28	
18	1594	B	2.	23.	466	22 M.	9	
19	1595	A	7.	8.	262	11 M.	20	

IN hac Tabella habes primum lineam annorum
aurei

aurei numeri ab anno Christi 1577, ad annum 1595. Sequitur litera Dominicalis Liliانا. Quarto loco neomenia Iudaica, quæ semper est Nisan, præterquam in annis 3, & 11, in quibus Adar sumitur pro Nisan; quia eius plenilunium incidit post xx Martij Liliانى. Primus numerus Neomeniæ Iudaicæ est feria hebdomadica, secundus horæ mediæ motus Lunæ, tertius residua de scrupulis 1080. Exemplum. In anno primo cycli, hoc est anno Christi 1577, neomenia fuit 3. 3. 256. Primus numerus indicat nouilunium contigisse feria tertia. & quia litera dominicalis est B, Ergo feria tertia erit litera D. & propterea neomenia Iudaici Nisan incidit in 29 Martij Liliانى hora 13. 256 ab initio noctis, quæ præcedit diem propositam 29. Quando vero horæ peruenerunt ad 18, aut ultra, tunc feria augetur vnitatem. Vt, exempli gratia, anno secundo cycli Neomenia fuit 7. 22. 52. Quia horæ ultra 17. 1079 peruenerunt, propterea pro feria 7 sumenda feria prima, hoc est litera A pro G. & ita semper. In primo anno cycli videmus verum esse, quod monet Lilius, epactas Dionysianas, quas ipse diminuit denario numero, vno die serius notare nouilunia. Nam Epacta Dionysiana XI, quæ hodie est I, serius indicat nouilunium vno die: cum epacta vera neomeniæ sit II. & propterea, quod iam attigimus, quartadecima Dionysiana, siue Liliانا, est plenilunium. At anno secundo epacta neomeniæ eadem est cum Dionysiana, vt patet ex Tabella. Idem censendum de epacta tertia: In vtraque igitur epacta tam XII, quam XXIII. quartadecima Luna

non erit plenilunium. Quod si in annis cycli secundo & tertio contigisset Dominicam esse in die Martij 20, & 9, Pascha celebratum fuisset in plenilunio contra Canones. Et propterea recte excusat errorem anni 1598 Clavius. Nam in eo anno Pascha celebrabitur plenilunio, propterea quod epacta illius anni denotat nouilunium, & proinde quartadecima ab epacta non est plenilunium. Sed Clavius excusat hic æquabiles epactas, per quas non licet semper ipsas neomenias notari. Quod cum facit, manifesto indicat quartadecimam Dionysianam esse plenilunium: quo nomine Græci vocant *πρωσήμερον*. Cur igitur reprehendit Moestlinum, qui quartadecimam Christianorum plenilunium esse dixerit, & Pascha contra Canones celebrari, quoties in plenilunio celebraretur? Nam profecto hæc vis est. Nouum est, negare Pascha non celebrandum esse plenilunio. Rursus anno cycli IIII epacta neomeniæ est IV, quæ in Dionysiana & Liliiana forma est IIII, vno die ferior. Ergo quartadecima Liliiana siue Dionysiana, in anno IIII cycli est plenilunium, cum plenilunium sit quintadecima ab epacta V. Porro vides hic ad epactæ sequentis inuestigationem aliquando tantum opus esse adiectione 10 ad antecedentem epactam, cum adiectione XII constanter epactæ vulgares procedant: vt in annis 2, 6, 9, 11, 14, 17. Quorum annorum epactæ ex adiectione 10 ad epactas antecedentes propagatæ sunt: at in annis 4, 8, 15, accedentibus XII ad antecedentes epactas. Nam quod epacta XII anni adiectione XIII ad anteceden-

recedentem creata sit, hoc factum est propter bisextum, cuius interuentu saepe fides epactarum æquabilium eluditur. Tantum hoc constat, eam epactam anni scilicet XI fieri ordine & rite per adiectionem XII. Cum igitur hæc ita sint, videmus, quam periculosa sit ratio epactarum æquabilium in celebratione Pascha, atque ex ea natum esse foedissimum illum errorem anni 1598. quem nescio quare ita confidenter fatetur simul & dissimulant. Sed ne sic quidem epactæ semper manebunt, vt in Tabella expositæ sunt. Post aliquot enim cyclos quædam ex illis immutabuntur, & de suis sedibus sollicitabuntur, antequam reliquæ fines suos migrauerint. Hæc ego proposui, vt indicarem dubiam epactarum æquabilium fidem, non autem vt eorum vsum damnarem, quandoquidem annus, quo vtimur, est politicus, non astronomicus: & propterea epactas æquabiles, non astronomicas esse ideo oportet, quia aliter ad vulgarem vsum idoneæ esse non possunt. Nunc quomodo *veritas* epactarum fiat in anno tropico, indicabo, si prius alium errorem de anno Liliano sustulero.

DE ORDINATIONE EPACTARVM IN KALENDARIO.

QVEMADMODVM in omissione Bissextorum per tres continuas centurias, ita in ordinatione epactarum in Kalendario, ioculariter hallucinatus est auctor noui anni, apposita epacta * continua per singulas syzygias, hoc est, assumpta nota * pro epacta

vnica: & excogitatis interruptionibus, quas Græci
Ἐκταροίμους ἡμέρας vocant, vt mēses alternis pleni & caui
essent. quod factum est, cum pro xxv epacta xxiiii
nominat. Quo quid magis ridiculum esse potest?
Anno 1900, erit numerus aureus primus, epacta Li-
liana xxix: litera dominicalis Liliana G: neomenia
Iudaica 7. 6. 651, in xxxi Martij Liliani. Ibi igitur erat
statuenda epacta xxix: vbi tamen epacta * posita
est: in Kal. autem Aprilis xxix pro xxviii. Sane si
menses politici Lunares alternis pleni aut caui in-
stituendi sunt: velint nolint, si Kal. Martij habuerint
xxx aut * (quod idem est) pro epacta, tricesima pri-
ma eiusdem epactam xxix habeat necesse est. Sed
huic malo cauit auctor anni, excogitando *Ἐκταροίμους*
ἡμέρας more Græcorum, & xxv, xxiiii epactas in
vnum contubernium assumendo. Acute sane. Hoc
est *καὶ οὐ κακὸν ἰσχυρῶς*. Anno 1590, litera Liliana fuit G,
epacta Liliana xxiiii, neomenia Paschalis Iudaica
4. 23. 489 in v Aprilis, e regione epactæ xxiiii. Recte.
Quid opus igitur fuit xxix in Kalend. ponere pro
xxviii? Nam si, vt ratio postulabat, epacta xxviii
in Kal. apposita fuisset, non opus fuisset effringere
claustra ad epactam xxiiii in v Aprilis traducēdam.
Quinta enim dies Aprilis vindicat sibi epactam
xxiiii, siquidem Kalendæ occupauerint epactam
xxviii, non aliter. Neque enim vllus Prætor eam
epactam in possessionem epactæ alius mittere po-
rest contra tabulas. Anno 1935 numerus aureus erit
17, litera dominicalis Liliana F. Neomenia 5. 0. 580
in iiii Aprilis. Numerus autem aureus maior,
quam

quam 12. Ergo ex methodo Liliana assumenda erit epacta nigra 25. Congruit igitur recte diei propositæ IIII. Rursus anno 1715, litera dominicalis erit eadem F: neomenia 5. 6. 667. Erit igitur in eadem die IIII Aprilis. Numerus aureus est VI, minor utique quam 12. Quare ex methodo epacta xxv rubra assumenda. Erit igitur in v Aprilis ex methodo, in IIII ex neomenia. Quæro, cum neomenia tam anni 1935, quam anni 1715 sit in eadem feria, & eadem sit litera dominicalis, & ambæ eidem diei congruant: cur tamen diuersas sedes noctæ sint? Ego talento contra carum non æstimarim hoc mysterium scire. Scio quid attulit ad hanc rem Clavius, quæ intererat existimationis eius non produxisse, aut errorem sustulisse. Et sane prudentius errorem emendasset, quam excusasset. Tantum abest, inquit, ut nouilunia turbentur, ut potius in suas sedes restituantur. Hæc quæ isthæc Philosophia est? Duo sunt vnum, & vnum duo. Vna dies in duas epactas tributa est. duæ epactæ in vnam diem collatæ. Sed quare offendit eos æquabilis & continuata epactarum ordinatio? Ab epactis *, 29, 28, 27, 26, 25, in Martio, ad epactas similes in Aprili, sunt dies 30. Ab epacta 24, & deinceps Martij, ad epactam similem, & deinceps in Martio, sunt tantum dies 29 duntaxat. Quare deteriore conditione sunt hæc, quam illæ? Sane hæc sunt nugatoria. Dupliciter igitur peccatum in epactarum ordinatione in Calendario. Primum, cum epactam * in 31 Martij, epactam autem 29 in Kal. Aprilis collocauit, interrupta naturali plenorum & cauorum mensium alternatione.

deinde cum ne illum quidem ordinem seruauit, sed
 24 epactam a sexta die mensis in quintam transcripsit,
 & duas epactas cōcolores in vnam cellam tanquam
 δεῦς quosdam ὁμογάς inclusit. neq. cōtentus eo, binas
 rursus epactas in omnibus mēsisibus discolores in an-
 tecedentem cellam intrusit. Quod sane cur faceret,
 & cur illa *Aethiopissa* epacta miniaturæ præferatur,
 quando numerus aureus maior est, quam 12, causa
 nō erat, quemadmodū ex iis, quæ supra adduximus,
 satis demonstratum fuit. Aliud superest incōmodum
 in ordinatione epactarum. Epactæ enim sunt Pascha-
 les, & propter Pascha institutæ: ac propterea eorum
 initiū in mense Paschali, hoc est Martio instituendum
 fuit. Martius enim est primus mensis in veteri Eccle-
 sia. Gregorius Turonensis Iuliū quintum mēsem vo-
 cat, Sidonius Februarium duodecimū. Quia igitur
 nō a Martio, sed a Kalendis Ianuarij orditur epactas
 suas Lilius, propterea duo incōmoda incurrit. Prius
 est, quod in anno bisextili, post Februariū turbantur
 neomeniæ, interuentu bisexti antecedentis. Alterum
 est, quod a Kalendis Decembris ad 31 Ianuarij, nulla
 est epacta XIX, præter eam, quæ in secūda Decembris
 annotata est, cum tamē a secunda Decembris, ad vl-
 timā Ianuarij, sint duæ syzygiæ absolutæ. Vnde con-
 tingit, vt quando epacta XIX cōcurrit cum aureo nu-
 mero XIX, nulla inueniatur epacta, quæ secundam
 syzygiam notet. Quare ob hoc incōmodum excogi-
 tata epacta 19 atrata, quæ pedē poneret in possessio-
 nē epactæ XX in vltima Decemb. Emendentur igitur
 fœdi illi errores, & ita Kalendarij epactæ notentur.

MARTIVS

APRILIS

Epactæ	Litteræ Dominicales	Dies mensis.	
o	D	KAL.	1
XXIX	E	VI	2
XXVIII	F	V	3
XXVII	G	IIII	4
XXVI	A	III	5
XXV	B	PRID.	6
XXIIII	C	NON.	7
XXIII	D	VIII	8
XXII	E	VII	9
XXI	F	VI	10
XX	G	V	11
XIX	A	IIII	12
XVIII	B	III	13
XVII	C	PRID.	14
XVI	D	EID.	15
XV	E	XVII	16
XIIII	F	XVI	17
XIII	G	XV	18
XII	A	XIIII	19
XI	B	XIIII	20
X	C	XII	21
IX	D	XI	22
VIII	E	X	23
VII	F	IX	24
VI	G	VIII	25
V	A	VII	26
IIII	B	VI	27
III	C	V	28
II	D	IIII	29
I	E	III	30
o XXIX	F	PRID.	31

Epactæ	Litteræ Dominicales	Dies mensis.	
XXVIII	G	KAL.	1
XXVII	A	IIII	2
XXVI	B	III	3
XXV	C	PRID.	4
XXIIII	D	NON.	5
XXIII	E	VIII	6
XXII	F	VII	7
XXI	G	VI	8
XX	A	V	9
XIX	B	IIII	10
XVIII	C	III	11
XVII	D	PRID.	12
XVI	E	EID.	13
XV	F	XVIII	14
XIIII	G	XVII	15
XIIII	A	XVI	16
XII	B	XV	17
XI	C	XIIII	18
X	D	XIIII	19
IX	E	XII	20
VIIII	F	XI	21
VII	G	X	22
VI	A	IX	23
V	B	VIIII	24
IIII	C	VII	25
III	D	VI	26
II	E	V	27
I	F	IIII	28
o	G	III	29
XXIX	A	PRID.	30

MAIVS

IVNIYS

Epactz	Litterz Domi- nicales	Dies mensis.	
XXVIII	B	KAL.	1
XXVII	C	VI	2
XXVI	D	V	3
XXV	E	IIII	4
XXIIII	F	III	5
XXIII	G	PRID.	6
XXII	A	NON.	7
XXI	B	VIII	8
XX	C	VII	9
XIX	D	VI	10
XVIII	E	V	11
XVII	F	IIII	12
XVI	G	III	13
XV	A	PRID.	14
XIIII	B	BID.	15
XIII	C	XVII	16
XII	D	XVI	17
XI	E	XV	18
X	F	XIIII	19
IX	G	XIIII	20
VIII	A	XII	21
VII	B	XI	22
VI	C	X	23
V	D	IX	24
IIII	E	VIIII	25
IIII	F	VII	26
II	G	VI	27
I	A	V	28
XXXIX	B	IIII	29
XXVIII	C	III	30
XXVII	D	PRID.	31

Epactz	Litterz Domi- nicales	Dies mensis.	
XXVI	E	KAL.	1
XXV	F	IIII	2
XXIIII	G	III	3
XXIII	A	PRID.	4
XXII	B	NON.	5
XXI	C	VIII	6
XX	D	VII	7
XIX	E	VI	8
XVIII	F	V	9
XVII	G	IIII	10
XVI	A	III	11
XV	B	PRID.	12
XIIII	C	BID.	13
XIIII	D	XVIII	14
XII	E	XVII	15
XI	F	XVI	16
X	G	XV	17
IX	A	XIIII	18
VIII	B	XIIII	19
VII	C	XII	20
VI	D	XI	21
V	E	X	22
IIII	F	IX	23
IIII	G	VIIII	24
II	A	VII	25
I	B	VI	26
0	C	V	27
XXXIX	D	IIII	28
XXVIII	E	III	29
XXVII	F	PRID.	30
XXVI	G	PRID.	31

Epactæ	Letter Dominicales	Dies mensis.	
XXVI	G	KAL.	1
XXV	A	VI	2
XXIIII	B	V	3
XXIII	C	IIII	4
XXII	D	III	5
XXI	E	PRID.	6
XX	F	NON.	7
XIX	G	VIII	8
XVIII	A	VII	9
XVII	B	VI	10
XVI	C	V	11
XV	D	IIII	12
XIIII	E	III	13
XIIII	F	PRID.	14
XII	G	BID.	15
XI	A	XVII	16
X	B	XVI	17
IX	C	XV	18
VIII	D	XIIII	19
VII	E	XIII	20
VI	F	XII	21
V	G	XI	22
IIII	A	X	23
IIII	B	IX	24
II	C	VIII	25
I	D	VII	26
o XXIX	E	VI	27
XXVIII	F	V	28
XXVII	G	IIII	29
XXVI	A	III	30
XXV	B	PRID.	31

Epactæ	Letter Dominicales	Dies mensis.	
XXIIII	C	KAL.	1
XXIII	D	IIII	2
XXII	E	III	3
XXI	F	PRID.	4
XX	G	NON.	5
XIX	A	VIII	6
XVIII	B	VII	7
XVII	C	VI	8
XVI	D	V	9
XV	E	IIII	10
XXIII	F	III	11
XIII	G	PRID.	12
XII	A	BID.	13
XI	B	XIX	14
X	C	XVIII	15
IX	D	XVII	16
VIII	E	XVI	17
VII	F	XV	18
VI	G	XIIII	19
V	A	XIII	20
IIII	B	XII	21
III	C	XI	22
II	D	X	23
I	E	IX	24
o	F	VIII	25
XXIX	G	VII	26
XXVIII	A	VI	27
XXVII	B	V	28
XXVI	C	IIII	29
XXV	D	III	30
XXIIII	E	PRID.	31

CASTIGAT. ANNI LILIANI.
SEPTEMBER

OCTOBER

Epactæ	Littere Dominicales	Dies mensis.	
XXIII	F	KAL.	1
XXII	G	IIII	2
XXI	A	IIII	3
XX	B	PRID.	4
XIX	C	NON.	5
XVIII	D	VIII	6
XVII	E	VII	7
XVI	F	VI	8
XV	G	V	9
XIII	A	IIII	10
XII	B	IIII	11
XI	C	PRID.	12
X	D	EID.	13
IX	E	XVIII	14
IX	F	XVII	15
VIII	G	XVI	16
VII	A	XV	17
VI	B	XIII	18
V	C	XIII	19
IIII	D	XII	20
IIII	E	XI	21
II	F	X	22
I	G	IX	23
XXXIX	A	VIII	24
XXVIII	B	VII	25
XXVII	C	VI	26
XXVI	D	V	27
XXV	E	IIII	28
XXIII	F	IIII	29
XXIII	G	PRID.	30
XXII	A		

Epactæ	Littere Dominicales	Dies mensis.	
XXII	A	KAL.	1
XXI	B	VI	2
XX	C	V	3
XIX	D	IIII	4
XVIII	E	IIII	5
XVII	F	PRID.	6
XVI	G	NON.	7
XV	A	VIII	8
XIII	B	VII	9
XIII	C	VI	10
XII	D	V	11
XI	E	IIII	12
X	F	IIII	13
IX	G	PRID.	14
VIII	A	EID.	15
VII	B	XVII	16
VI	C	XVI	17
V	D	XV	18
IIII	E	XIII	19
IIII	F	XIII	20
II	G	XII	21
I	A	XI	22
0	B	X	23
XXIX	C	IX	24
XXVIII	D	VIII	25
XXVII	E	VII	26
XXVI	F	VI	27
XXV	G	V	28
XXIII	A	IIII	29
XXIII	B	IIII	30
XXII	C	PRID.	31

NOVEMBER

DECEMBER.

Epactæ	Litteræ Dominicales	Dies mensis.	
XXI	D	KAL.	1
XX	E	IIII	2
XIX	F	III	3
XVIII	G	PRID.	4
XVII	A	NON.	5
XVI	B	VIII	6
XV	C	VII	7
XIIII	D	VI	8
XIII	E	V	9
XII	F	IIII	10
XI	G	III	11
X	A	PRID.	12
IX	B	EID.	13
VIII	C	XVIII	14
VII	D	XVII	15
VI	E	XVI	16
V	F	XV	17
IIII	G	XIIII	18
IIII	A	XIIII	19
II	B	XII	20
I	C	XI	21
XXIX	D	X	22
XXVIII	E	IX	23
XXVII	F	VIII	24
XXVI	G	VII	25
XXV	A	VI	26
XXIIII	B	V	27
XXIII	C	IIII	28
XXII	D	IIII	29
XXI	E	PRID.	30

Epactæ	Litteræ Dominicales	Dies mensis.	
XX	F	KAL.	1
XIX	G	IIII	2
XVIII	A	III	3
XVII	B	PRID.	4
XVI	C	NON.	5
XV	D	VIII	6
XIIII	E	VII	7
XIII	F	VI	8
XII	G	V	9
XI	A	IIII	10
X	B	III	11
IX	C	PRID.	12
VIII	D	EID.	13
VII	E	XIX	14
VI	F	XVIII	15
V	G	XVII	16
IIII	A	XVI	17
IIII	B	XV	18
II	C	XIIII	19
I	D	XIIII	20
O	E	XII	21
XXIX	F	XI	22
XXVIII	G	X	23
XXVII	A	IX	24
XXVI	B	VIII	25
XXV	C	VII	26
XXIIII	D	VI	27
XXIII	E	V	28
XXII	F	IIII	29
XXI	G	IIII	30
XX	A	PRID.	31

Kalendario ita instituto, nullus error sequetur, nulla necessitas prodigiosi illius collegij duarum rubrarum, aut totidem discolorium epactarum. Omnia plana erunt, modo initium bonum teneatur, hoc est, vt secundum $\mu\epsilon\tau\epsilon\pi\iota\tau\omega\sigma\iota\varsigma$ Lunares ineatur ratio cyclorum. Nam, vt iam a nobis dictum est, in anno Iuliano epactarum $\omega\epsilon\theta\acute{\epsilon}\mu\pi\iota\tau\omega\sigma\iota\varsigma$ fit, post 304 annos, qui sunt cycli Lunares xvi absoluti. In anno autem Tropico contra $\mu\epsilon\tau\epsilon\pi\iota\tau\omega\sigma\iota\varsigma$ fit post 228, aut 247 annos, hoc est, alternis post cyclos xii, aut xiii. Mutationes enim hæ non possunt contingere nisi ex ratione cyclorum. Exemplum in anno Iuliano. Cum epacta primi aurei numeri est xi in anno Iuliano, vt hodie, nouilunium est in xix Martij. Hoc durabit annos 304. Postea fiet $\omega\epsilon\theta\acute{\epsilon}\mu\pi\iota\tau\omega\sigma\iota\varsigma$, & nouilunium, quod erat in xix Martij, escenderit ad xviii eiusdem mensis. & in secundo anno aurei numeri, cum epacta est 22, nouilunium committitur in viii Martij: post 304 autem annos, in eodem anno cycli, idem nouilunium gradum fecerit in vii mensis. Ab aureo igitur numero ad similem aureum numerum fit mutatio, vt a primo ad primum, a secundo ad secundum. Rursus in anno Tropico, in primo aureo numero, cum epacta est vnitas, vt hodie, nouilunium est in 30 Martij. Post annos 228, idem nouilunium pessum iuerit in 31. mensis, quando epacta eiusdem aurei numeri erit 0, aut *. Quia igitur mutatio epactarum fiet in anno 1700, post omissionem bisexti, eodem autem anno 1700 curret aureus numerus 10, mutatio igitur facta erit ab aureo numero 10, anni 1586,

ad aureum numerum 10, anni 1700, non autem ab anno 1500, ad annum 1700. Hoc enim ridiculum est. Nam non idē est aureus numerus anni 1500, qui anni 1700. At doctus Clavius dicit hanc mutationem contingere in annis Iulianis 312, hoc est in XVI cyclis, & vna octaeteride. At in XVI cyclis de epilogismo Lunari superest vnus dies integer. Octaeteris autem maior est vno die, horis 12. 41 33" quam octaeteris Iuliana. Ita fieret compensatio. Sed vt dixi, hæc non conueniunt vsui politico. Nam, exempli causa, epacta Dionysiana XI primi aurei numeri notet nouilunium in 20 Martij. Anno 313 ineunte, in quo epacta IX aurei numeri erit X, propter *περὲς μνησίωσις*, notabit nouilunium in 21 Martij. Ita differentia erit bidui. Tantum abest, vt iusta periodus *περὲς μνησίωσις* fiat in 312 annis. Cum enim epacta numeri aurei IX est X, tunc epacta primi est XII. Ita, vt iam diximus, biduum aberit nouilunium anni 313 ab epocha anni 305. Non erat igitur, quare tantus vir in annis Iulianis 312 mutationem illam contingere sibi persuaderet. Nam quid potuit alienius ab instituto dicere, quam in annis Iulianis 312 nouilunium fieri in XXI Martij, quod antea contigerit in XIX, cum id potius sit *μετὰ μνησίωσις*, non autem *περὲς μνησίωσις*? Sed, vt dixi, nunquam aut *περὲς μνησίωσις* in anno Iuliano fit, aut *μετὰ μνησίωσις* in Tropico, nisi ab aureo numero, ad similem aureum numerum. Sed neque prudenter fecit Lilius, qui omnibus 300 annis Iulianis ait *περὲς μνησίωσις* fieri. Non enim magis in 300, quam 312 fit. Neuter enim numerus est decemnouennialis. Instituiamus
igitur

igitur Tabulam, in qua notatis annis Christi collectis per 132, & 136, notetur etiam neomenia Iudaica, secundum intervalla cyclorum inter epocham annorum Christi incipientium ab anno 1577, ad epocham annorum collectorum. Tunc ex anticipatione Iuliana facile deprehendetur *μετέμνησις* Tropica secundum bisexta reicula. Hoc, ut expeditius animadvertas, en Tabulam prius subiecimus, in qua primus ordo continet annos Christi collectos per bis 132, & semel 136. Secundus ordo continet cyclum Solis Iulianum: tertius literam dominicalem ei respondentem: quartus aureum numerum itidem eidem anno congruentem: quintus neomeniam Iudaicam: sextus intervalla cyclorum, siue aureorum numerorum inter annum propositum, & annos Christi, a 1577, ad 1595 inclusivæ: ut habes supra in Tabella cycli. Exemplum. Anno Christi 1601 congruit aureus numerus 6. Ab anno Christi 1582, in quo erat idem numerus aureus, ad annum propositum, sunt anni 19, & proinde cyclus vnus absolutus. Quare adiunctis 2. 16. 595, quæ competunt vni cyclo, ad neomeniam 7. 10. 822, quæ est neomenia illius anni 1582, habebis neomeniam 3. 3. 337 in anno proposito 1601. Et quia litera dominicalis Iuliana est D, ergo feria tertia, quæ competit neomeniæ, erit in litera F, & proinde in 24 Martij Iuliani, ut habes in ordine septimo. Sed quia 10 dies reiecti sunt ex anno Iuliano, qui notati sunt in ordine octavo, propterea neomenia deprehendetur in 3 Aprilis Tropici, feria itidem tertia, siquidem litera dominicalis est G. Rursus ad annum 3465, interval-

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM
IN TETRACOSIETERIDE EMENDATA.

Anni Christi collecti	Cyclos Solis Iulia- nus	Littera Dominica- lis Iulianae	Aureus numerus	Nomenclia Iu- daica			Interval- la cyclo- rum Lu- narium.	Dies mensis Iuliani	Dies relictus	Vera littera Domi- nicalis anni Tropici	Dies mensis Tropici		Epactae anni Tropici	Aureus numerus primus.
				Feria	Horz	Scrupula 1080								
1601	14	D	6	3.	3.	337	1	24 M	10	G	3 A	26	1	
1733	6	G	5	2.	1.	673	8	5 M	11	D	16 M	15	1	
1865	26	C	4	2.	12.	722	15	15 M	12	A	27 M	4	1	
2001	22	A	7	7.	23.	748	22	12 M	13	G	25 M	6	0	
2133	14	D	6	1.	11.	717	29	22 M	14	D	5 A	24	29	
2265	6	G	5	7.	9.	53	36	3 M	15	A	19 M	12	28	
2401	2	E	8	5.	20.	79	43	28 Feb.	16	G	16 M	15	28	
2533	22	A	7	6.	7.	128	50	10 M	17	D	27 M	4	28	
2665	14	D	6	6.	18.	177	57	21 M	18	A	8 A	21	26	
2801	10	B	9	5.	5.	203	64	17 M	19	G	5 A	24	26	
2933	2	E	8	4.	3.	539	71	26 Feb.	20	D	18 M	13	26	
3065	22	A	7	4.	14.	588	78	8 M	21	A	29 M	2	26	
3201	18	F	10	3.	1.	509	85	5 M	22	G	27 M	4	25	
3333	10	B	9	3.	12.	663	92	15 M	23	D	7 A	22	24	
3465	2	E	8	2.	10.	999	99	24 Feb.	24	A	20 M	11	24	
3601	26	C	11	7.	21.	1025	106	21 M	25	G	15 A	14	24	
3733	18	F	10	1.	8.	1014	113	3 M	26	D	29 M	2	23	
3865	10	B	9	1.	20.	43	120	14 M	27	A	10 A	19	21	
4001	6	G	12	7.	17.	69	127	10 M	28	G	7 A	22	21	
4133	26	C	11	6.	5.	405	134	19 M	29	D	17 A	12	22	
4265	18	F	10	6.	16.	349	141	1 M	30	A	31 M	29	20	
4401	14	D	13	5.	3.	480	148	26 Feb.	31	G	29 M	2	20	
4533	6	G	12	5.	14.	529	155	8 M	32	D	9 A	20	19	
4665	26	C	11	4.	12.	865	162	17 M	33	A	19 A	10	20	
4801	22	A	14	2.	23.	809	169	14 M	34	G	17 A	12	19	

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

ἐκβάλιμθ.

teruallum cyclorum ab anno Christi 1584, sunt cycli
 99 præcisi. Itaque character cyclorum 99, nempe 7.
 6. 585 ad neomeniam 2. 4. 414 anni Christi 1584 adie-
 ctus conflabit neomeniam 2. 10. 999 anni propositi
 3465 in 24 Februarij Iuliani, feria secunda, vt notat
 litera dominicalis Iuliana E. Et quia 24 dies reiculi
 offerunt sese in ordine 8, propterea eadem neomenia
 incidet in diem 20 Martij tropici, in litera B, hoc est
 feria secunda. Siquidem litera dominicalis tropica
 illius anni erit A. Ergo litera B feria secunda. In or-
 dine vndecimo sunt epactæ neomeniarum ab ipsa
 synodo Lunæ, a qua scilicet quintadecima Luna est
 terminus Paschalis. In duodecimo ordine notatus
 est primus aureus numerus, qui eo anno & deinceps
 in vsu erit, donec iterum immutetur. Postremo ἐμβό-
 λημοι, siue reiectitij menses Lunares notati sunt, quan-
 do neomenia excedit quartam Aprilis. Nam a quar-
 ta Aprilis quintadecima dies, erit quartadecima
 Christianorum, vel quintadecima Nisan Iudaici.
 Anno 2133, neomenia collata est in v Aprilis, a qua
 quintadecima putata incidit in xix Aprilis, nempe
 vltra terminum Paschalem vltimum. Quare pro
 neomenia Aprilis, neomenia Martij assumenda e re-
 gione epactæ xxiiii, hoc est in septima Martij, a qua
 quintadecima putata desinet in xxi Martij. Quare
 cum cyclus constet ex syzygiis 235, quoties incidit
 mensis ἐμβόλιμος, tunc cyclus habet tantum syzygias
 234. Itaque ab anno Christi 2114, in quo neomenia
 contigit in iiii Aprilis, ad annum propositum 2133,
 quanuis sint anni XIX præteriti, & proinde syzygiæ

235, tamen ille cyclus habebit tantum syzygias 234, quod Paschalis syzygia sit in 7 Martij, non autem in v Aprilis. Quanto tutior, imo verior sit methodus ista in deprehendendis metemptosis Lunæ in anno tropico, quam ea, quæ fit per 300, aut per 312 annos, vel Clavius ipse iudex esto. qui sane non negaverit hanc tabulam eleganti artificio propagatam fuisse. Quod si epactæ Tabulæ cycli ab annis Domini 1577 constarent sibi semper, iam factam rem haberemus, cum ex pro æquabilibus & ordinariis epactis, quæ per incrementum vndenarij numeri progrediuntur, tuto assumi possent. Nunc vero mutant quædam ex illis, reliquis adhuc integris in sua sede manentibus, vt cuius, qui experiri volet, constare potest. Quare epactæ ex perpetuo cyclo epactarum vsurpatæ, nunc quartamdecimam pro termino Paschali; nunc quintamdecimam habebunt. qui non est error auctorum anni noui, sed ipsarum æquabilium epactarum. In hoc autem error est auctorum anni, quod præcipiant anno 1598 Pascha in 22, non in 29 Martij celebrari, cum sciant fœdissime ibi peccatum esse. Sed obiicient non posse huic malo obuiam iri propter æquabilitatē epactarum. Quam eum decrerint obseruare, omni incommodo cauebitur, si ab epacta inclusiuè semper quintamdecimam, non, vt solent, quartamdecimam assumant. Aliquando enim, sed rarissime, serius plenilunium indicabitur, quod vitium ipsimet auctores tolerabilius esse fatentur, quam si plenilunio præuertatur. Ita citimus terminus neomeniæ Paschalis erit vii Martij,

tij, remotissima autem neomenia IIII Aprilis: hoc est, epacta citimi termini erit XXIII, remotissimi XXV. Ita nihil erit amplius, quod aut æquos animos offendat, aut iniquis ansam reprehendendi obiciat. Nam qui somniant verni æquinoctij ἀνατολῆς μὲν trium & quatuor dierum, & contra, næ ipsi ostendunt se parum in his literis videre. Id quod non potest paucis confutari. Sed interuenit alia labes. Nam cum differentia anni tropici & Iuliani sint horæ 0. 10. 44". 24', in annis 400 confurgunt horæ 71. 36. hoc est triduum minus scrupulis 24'. Iam illa scrupula in 2000 annis fiunt horæ 2. & in 24000 dies integer: qui quamuis post tot milia annorum contingere debet, tamen intererat non solum posteritatis, quam emendatissimo anno vti, sed etiam auctorum anni, quam emendatissimum proponere. id quod non fit, si Tetracoseterida pro periodo Solari retineamus. Nam Tetracoseteris, quæ post annos 20000 sequetur, non vt reliquæ, tribus, sed quatuor bisextis mutilanda erit: & præterea post annos 12000 iam illa labes sentiri ac percipi incipiet, in nouiluniis & æquinoctiis, propter dimidium diem, qui vellet aures correctoribus anni, qui illo sæculo extabunt, & venienti occurrere morbo clare clamabit. Reiecta igitur Tetracoseteride, alternis annorum 132, & 136 interuallis, eximantur bisexta: donec quatuordecies hoc facto cyclus Solis in orbem redeat. Nam in 134 perit vnum bisextum, & in 268, duo bisexta perimuntur: hoc est in annis 132, & 136. Nam ita fiet numerus quaternarius, qui non potest esse in 134 annis.

IOS. SCALIGERI
 TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM
 IN IVSTA PERIODO TROPICA.

Anni Christi collecti	Cyclos Solis Iulianus	Luna Dominicalis Iuliana	Aureus numerus	Neomenia Iulianica			Invenia cyclo-rum Lunarum	Dies neomeniz in mente Iuliano	Litra Dominicalis in anno Tropico	Dies in anno Tropico relictus	Dies neomeniz in anno Tropico	Epactæ neomeniarum	Epactæ primæ antici numeri
				Feria	Horæ	Scrupula 1080							
1601	14	D	6	3	3	337	1	24 M	G	10	3 A	26	1
1733	6	G	5	2	1	673	8	5 M	D	11	16 M	15	1
1869	2	E	8	7	12	699	15	1 M	C	12	13 M	18	1
2001	22	A	7	7	23	748	22	12 M	G	13	25 M	6	0
2137	18	E	10	6	10	699	29	8 M	F	14	22 M	9	0
2269	10	B	9	6	21	823	36	19 M	C	15	3 A	26	28
2405	6	G	12	5	8	849	43	15 M	B	16	31 M	29	28
2537	26	C	11	4	7	105	50	24 M	F	17	10 A	19	29
2673	22	A	14	4	6	924	57	22 M	E	18	9 A	20	27
2805	14	D	13	3	5	180	64	3 M	B	19	22 M	9	27
2941	10	B	16	1	16	206	71	27 Feb.	A	20	19 M	12	27
3073	2	E	15	2	3	255	78	10 M	E	21	31 M	29	25
3209	26	C	18	7	14	281	85	6 M	D	22	28 M	3	26
3341	18	F	17	1	1	330	92	17 M	A	23	9 A	20	24
3477	4	D	1	6	12	356	100	13 M	G	24	6 A	23	23
3609	6	G	19	1	3	207	107	25 Feb.	D	25	22 M	9	21
3745	2	E	3	3	21	718	114	19 M	C	26	14 A	13	23
3877	22	A	2	4	8	767	121	1 M	G	27	28 M	3	22
4013	18	F	5	2	19	793	128	26 Feb.	F	28	26 M	5	21
4145	10	B	4	3	6	842	135	8 M	C	29	6 A	23	20
4281	6	G	7	1	17	868	142	4 M	B	30	3 A	26	20
4413	26	C	6	2	4	917	149	15 M	F	31	15 A	14	19
4549	22	A	9	1	15	943	156	12 M	E	32	13 A	16	18
4681	14	D	8	6	14	199	163	20 Feb.	B	33	25 M	6	19
4817	10	B	11	5	1	225	170	17 M	A	34	20 A	9	19
4949	2	E	10	5	12	269	177	27 Feb.	E	35	3 A	26	17
5085	26	C	13	3	23	300	184	24 Feb.	D	36	1 A	28	16
5217	18	F	12	4	10	349	191	6 M	A	37	12 A	17	16
5353	14	D	15	2	21	375	198	3 M	G	38	10 A	19	15

Si igitur septies 268 anni assumantur, vel (quod idem est) quatuordecies alternentur 132, 136, fiet periodus annorum 1876. Iam sane vulgus facilius assuefiet huic alternationi, quam periodi Lilianæ centuriis. Quis enim hoc non videt, & non miretur potius Clauium exemptionem bisextorum per tres continuas centurias huic methodo præferentem? quod sane neque ille, neque reliqui auctores nouæ formæ fecissent, si ante editionem anni hoc antea animaduertissent. Subiecimus autem Tabulam duabus periodis constantem, cuius eadem constructio, forma, & methodus, quæ & superioris, vt alia interpretatione non indigeat. Literæ Dominicales, a quibus incipit cyclus Solis, in omnibus inemptis, continentur hoc disticho:

Gaudè digne coli, gaudè fax clara bonorum.

Felix esto bonis. ades & deuotus amicis.

Amplectamur igitur hanc emendatissimam formam: bisexta æquabiliter tollantur alternis 132, 136 annis: epactæ ordine suo in Calendario collocentur, idque a Kal. Martij, non a Kal. Ianuarij, vt exemplar Kalendarij, quod dedimus, docet: neq. binæ epactæ in vnam cellam concolores, vel discolores stipentur: neque xxix epacta pro epacta xxviii in Kalendis Aprilis annotetur: neque post vnicam epactam epacta * ex continenti subiiciatur in omnibus mensibus, cum alternis tantum syzygiis hoc faciendum sit. Si hoc ita, vt diximus, rite & ordine fiat: non solum nulla reprehensio, sed etiam maxima laus in auctores anni redundabit. Tollantur igitur vitia.

Faceffamus ab omni puerili velitatione, & id, quod in manu est, agamus. Omnibus in eam rem incumbendum est. Omnium enim interest. Quandiu in forma recepta inerunt quæ reprehendas (sunt autem nimium quantum multa) qui ea adhuc non vtuntur, cur non vti debeant, semper allegare poterunt. Quod si emendata proponatur, nihil causæ est, cur non ab omnibus recipiatur, cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europæ partibus hæsit, vitio non careat, hæc autem, quam proponimus, elegantissima, emendatissima, tutissima, parabilissima sit. Obsecro igitur eos, ad quos hæc emendare pertinet, vt abdicato omni odio, & omni querela, aut hanc formam admittant, aut meliorem comminiscantur. Nostra enim non venditamus. Hoc vnum, vt vitia tollantur, postulamus, contendimus, etiam atque etiam oramus.

FINIS.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through or a second page of text.

